quisq; sibi/ꝙ̄ proximo suo: precipue in his q̄ pertinent ad salutem anime credere ⁊ miserei iuxta illud Eccl. xxx. Miserē anime tue placens deo. Potest igitur ppter voluntatis mutabilitatē ꝓmittere illud quod ꝓposuit pro sua spūali salute: sicut ⁊ ꝓmittit p alteritus cōmercio tempali. Si igitur aliquis vtiliter puidet proximo vallando ꝓmissionē sua. iuramēto. fideiussione. pignere: multo magis vtiliter ⁊ laudabilit puidet sibi. si bonum ꝓpositum qđ concepit vel voto vel iuramento. vel quoq; alio modo studuerit confirmari. Proinde. j. Corinth. xv. dicitur. stabiles estote ac imobiles. Nam in detestationem pignerum dicitur Prouerb. xiij. Vult et non vult piger. Secundo ratione adhesionis. Ex quadam enī adhesione in voente etiam in bono maior firmitas generatur. Nam desperatio habēdi aliquam rem magis adherere facit ꝓposito suo: quia multū minuit ⁊ tollit ꝓcupiscentiā illius rei. ppter quod auferre sibi spem alicuius delectabil multum minuit ꝓcupiscētiā eius. Certum ē q̄ spes ⁊ facultas adipiscēdi aliquid facit illi amplius adherere ⁊ auget ꝓcupiscentiā eius Voluntas autem aut non fertur aut exilit fertur circa impossibilia ⁊ desperata. Ex homo ꝙ votum auferēdo sibi licentiā habendi illud quod ꝙ votum relinquit seu relinq̄ndi illud quod ppter votum datur. aufert sibi q̄ dammodo spem illoꝝ ſm sententiā augustini. Et ex hac ꝓsuppositione finis. s. si vult venire ad vitam ⁊ gloriā sempiternā: facit sibi illa impossibilia. Vnde Aug⁹. in lib. de pro fes. viduitatis. Plus inquit in ardentē ferūt libidinē que desperāt eiusdem voluptatem. Que autem innuptarū vouent castitatē ipsam spem subtrahunt que fomes amoris est Vnde facilius ꝓcupia refrenat: que nulla expectatione succendit. Preterea q̄to mēs eius qui est in gratia horret mortalē culpaz et id qđ aufert sibi spem eterne vite q̄ id qđ est indifferens ⁊ non illicitum: tātomagis et tanto firmi⁹ conat in oppositum suū. Sed id qđ ante votum licitum erat ꝙ votum fit illicitum ⁊ mortale igitur plus incompabilit habebit horrere illud post ipsum votum q̄ ante votum. ⁊ tanto amplius in oppositū conari et ei adherere facit. Preterea q̄to voluntas magis applicat se ad aliquid ⁊ q̄tomagi fortificat ⁊ accendit se ad inseparabilit adherēdū ei. ⁊ q̄tomagis fugit oppositum eius ⁊ separat se ab illo: tāto firmior reddit ad pseuerandū indefectibilit in illo. ⁊ tanto fortior ad resistēdum omni temptationi impellenti ad ꝓtrarium eius. Per votum autem hec oīa eueniunt. s. maior desperatio ⁊ maior applicatio et inflammatio voluntatis ⁊ maior a ꝓtrario fuga ⁊ elongatio: ⁊ p ꝓsequēs maior firmitas in bono ꝓposito necessario habet sequi. Tertio ratione ꝓfusionis. Illud enī qđ sine magna nostra confusione pficere ⁊ implere non possum⁹ minus aggredi ꝓpiscim⁹ et minus aggredimur q̄ illō qđ sine nostra confusione implere valemus. Sed per voti transgressionē maior coram alijs confusio ē q̄ si fieret ante votum: saltem quando est publicum vel solenne. Habet enī humana mēs quasi quidam fluuius duplicez ripam: vnaz intra. aliam extra. Interior est timor dei: exterior vō verecundia mundi. His vō duabus ripis retinetur anima: ne ex alueo rationis ꝓfluat i peccato. Ambe he ripe sunt terminus de quo ꝓpheta ait. Terminū posuisti quem non transgredient. Per primam ripam ꝓuidemus bona coram deo: per secundam vō coram oibus homibus. Per vnam amatur deus: per alteram proximus. vt in his duobus tota lex dñi impleatur ⁊ ꝓphetaruz. Vna alteri adiutoriū prestat: nec vna sine altera pseuerat. He siquidem sunt due manus quibus sponsam suam dñs dilectaz amplexatur. vt merito letanter dicat. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me Cant. ij. Quarto ratione sbuentionis. Etomagi in aliquo opere adest nobis diuinū adiutoriū ⁊ spes ⁊ confidentia maior de illo: tanto firmius ⁊ cum maiori securitate id opamur ⁊ possum⁹ operari. Sed per votum ista vtiq; augentur ⁊ amplificant sicut. s. per Aug. et ansel. patet ⁊ sicut etiaz ratio dictat. Nam q̄to nos amplius deo damus aut subijcimus. ⁊ q̄to amplius euz honoramus ⁊ ipsi in eius seruitio nos applicamus: tanto diuinū adiutoriū familiarius nobis adest. ⁊ tanto securiores nos possumus ⁊ debemus esse de ꝓsentia ⁊ adiutorio eius. Habet enim se ad eos qui vouerūt maxime vota perfectionis se religionis non solum sicut ad alios: sed sicut ad charos filios ⁊ spirituales seruos. tam ad conferendū eisdem tanquam filijs dona q̄ ad remittendum peccata. Nam quando redeunt a peccatis suscipit eos ad gratiā suam sicut filios ſm Anſel. lib. de similitudinib⁹ Quia licz tales qui peccant plus offendant: tamen qui pe

nitent deus iudicat eos sicut suos amicos. alios vo sicut alienos. Ex dictis patet q facere aliquid ex voto non solum est melius t magis meritoriū. sed etiam vtilius est t expedientius q̄ illud idem facē sine voto. Ob q illuminatā diuinā rationē ac expientiam certaz deuotus Bern. intelligēs ait. Bonū est nos hic esse. s. in statu religiōis. Quare? Quia homo ibi viuit puri⁹. cadit rari⁹. resurgit velocius. incedit cautius. quiescit securius. irrozat frequnti⁹. purgat citius. moritur ꝓfidentius: t premiat copiosi⁹. In quibus sacris verbis exprimit nouē rationes q̄ re sit melius facere bonū in statu religionis q̄ extra religionē: t maxime i seculari statu.

De. xij. fructib⁹ votoz religiōis

Ex his. xij. rationib⁹ que in p̄senti articulo dicte sunt ad p̄dicandū fozmari possunt xij. fructus votoz sancte religionis: q̄si votum sit lignū vite in medio paradysi. s. ecclesie seu religionis Geñ. ij. Et Apoc. vlt. dicitur. ex vtraq̄ parte flumis lignū vite afferēs fructus. xij. p singulos menses reddēs fructum suū. qō potest esse aliud thema. Primi q̄ttuoz fructus sunt hi. Primus dicit donatio. scōs adiunctio. tertus estimatio. quart⁹ approbatio. Secūdi q̄ttuoz sunt hi. Primus dicitur p̄figuratio. scōs subiectio. tertius intentio: q̄rtus ꝓiūctio. Tertij q̄ttuoz sunt hij. Primus dicit firmatio. scōs adhesio. tertius ꝓfusionis timoz atio: q̄rtus diuina subuētio

Articulus. ij. de multiplici discretione: que obseruāda est ab his qui assumunt & recipiuntur ad statum religionis.

Secūdo ꝓsiderem⁹ ipsius status religionis discretionē. Licet enī aliquid facere ex voto semp sit meli⁹ de se t q̄tum est de se semp expedienti⁹ videatur: tamen ꝓpter humanā infirmitatē et multoz indispositionē non semp magis expediens est. Tunc quidem euident est expediens: qñ oibus circūstantijs sufficient pensatis manifeste apparet non iminere piculuz pnicioſe trāsgressiōis. In veteri enī lege oē sacrificiū qō deo offerebat sine sale ingratū erat. Unde ad Rho. xij. Rationabile sit obsequiū vestrum. Qō insinuare dñs volens Lu. xiiij. cum prius dixisset si quis venit ad me t non odit patrem suum t matrem t vxorem t filios t fratres adhuc autem t animā suam t qui non baiulat crucez suam t venit post me non potest esse meus discipulus: statim subnectit dicens. Quis enī ex vobis volens turrem edificare. nonne prius cōputat sumptus qui necessarij sunt si habeat ad pficiendū. vt postea q̄ posuerit fundamentuz et non poterit pficere. omnes qui vident incipiant ei illudere dicentes. quia hic homo incepit edificare t non potuit ꝓsumare? Qō exponens Greg⁹. in omelia ait. Quia sublimia mandata seu precepta data sunt. ptinus compatio edificāde sublimitati adiungit cuz dicitur. Quis ex vobis volens tē. Et p⁹ pauca subdit. Istos sumptus diues habere nō potuit. qui cum precepta relinq̄ndi oia audisset: tristis abscessit. Et post pabolaz de turri p̄dictā dñs subdit. Bonū est sal. Si autez sal euanuerit in quo condiet? Neq̄ in terra neq̄ in sterq̄linio vtile est: sed foras mittetur Qui habet aures audiat. hec dñs ibi. s. Ut ex oibus dictis insinuare velit q talis status assumptio. debet sale discretiōis ꝓdiri. Proinde circa inductionē t receptionez ad religionem discretio triplex necessaria est. Prima circa aduenientes. scōa circa recipientes: tertia circa dubietates.

Q̄ q̄ttuoz aptitudinis signa maxime considerāda sunt in volentibus intrare religionē sctās

Capitulum. j.

Prima discretio obseruāda est circa volentes intrare religionē. In quibus q̄ttuoz signa seu indicia bona maxime ꝓsiderāda sunt. Primū est voluntas bona. scōm honesta vita. tertū natura sensata: q̄rtum etas discreta. Primū signū est voluntas bona. i. si a pristina mūdi ꝓuersatione apparet mentem aduenientis multum esse mutatā aut non. Nam voluntas tepida t remissa cōmunit ad religiōis statum assumi non debet. Ideo omnes ad religionem inducētes seu recipiētes ad Rhom. xij. āmonet apostolus dicens. Probetis. s. i. intrare volentib⁹ que sit dei volūtas bona beneplacens t perfecta. Nam primo in talib⁹ ꝓbatur voluntas dei bona in pauptate. id ē q̄ libenter relinquūt oia tpalia mundi. Secundo ꝓbatur in illis volūtas dei bñplacēs in castitate. i. cū q̄ta cōplacētia ꝓponūt castitatē seruare. Tertio āt ꝓbat in eis volūtas dei pfecta. s. inobedientia pfecta t in abne-

gatione ꝓpꝛij sensus ꝛ ꝓpꝛie voluntatis. Pꝛima ꝓbatio est bona. scõa est melioꝛ: teꝛtia est perfecta. Vel euidentiꝰ ꝓbat voluntas bona beneplacẽs ꝛ ꝓfecta ꝙ oꝛdinem in tribus signis de quibus dicit. j. arti. vltl. in xv. argu. Scõm signum ꝓsiderandũ est ꝑ terita vita. id est. si fuit homo moꝛigeratꝰ vl bonus vel deuius vel sceleꝛatꝰ. Nam licꝫ chꝛistus dixerit phariseis Matth. xi. Publicani et meretrices precedent vos in regnũ dei: ñ tamen dixit ꝙ passim omnes publicani ꝛ meꝛetrices ad regna celoꝝ venirent. Proinde turpiter errant qui ꝑdones ꝛ saccomãnos publicanos ꝛ meretrices ꝛ de agris ꝛ sepibꝰ ꝙgregantes illos repente veste religiosa induunt. ꝛ quasi in regulari collegio cum sanctis viris ꝛ virtuosis iuuenibꝰ atꝙ virginibus dedicant: ita ꝙ fere moꝝ ab oibꝰ tractãtur vt sancti nullis aut modicis ꝑeuntibꝰ digne penitẽtie signis: cum tamen etiam ỏ his qui ꝓma facie sancti ꝛ periti esse videnꝰ. j. canone. sua. c. iiij. Job. ammonet dicens. Nolite oi spiritui credere. sed ꝓbate spũs si ex deo sunt sequẽs in hoc chꝛistum Matth. vij. dicentem. Attendite. id est. attente vobis caue ꝛe a falsis ꝓphetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ: intrinsecuꝰ autẽ sunt lupi raꝑaces. Nam expientia teste quidam ad religionem venientes in ꝓncipio videnꝰ agni: ꝛ modico elapso tempoꝛe repiunꝰ lupi. Non eni sine magna expientia ꝛ lumine dei regule sanctoꝝ patꝝ pꝛudẽtissime statuerũt ꝙ ad religionẽ venientes antea ꝓbarenꝰ: an ad talem apti sũt ꝛ idonei. Quis enĩ edificatoꝛ domus vel nauis materiaꝫ non sollerter et pꝛouide pscrutaꝫ ligna ꝛ lapides ꝛ diu cum multis scissuris ꝛ tonsionibꝰ parat anteꝙ in edificio ponatur? Nec ad hoc ąscunꝙ accipit sed solum solidos ꝛ suo artificio aptos. ꝗtomagis in spũalium religionũ edificio hꝫ seruari necesse est? Igitur sicut nullus est a penitẽtia aut a spe venie reijciẽdus si penitet at vere: sic nullus est ad firma seu intima sanctoꝝ vel sanctarũ collegia ad firmam vel familiarẽ societatẽ recipiẽdus. nisi pꝛius eiꝰ idoneitas ꝙ signa sufficiẽtia fuerit compꝛobata. Qꝫ in ąbusdam indiget tempoꝛe longo. Unde Greg. xxxj. moꝛaꝫ. Quia terreni ꝓncipes magna se deo hũilitate substernũt. ꝓꝛaui hoies nunc ad fraudis argumẽta vertuntur. Quia eni illos ad religionẽ reuereri ꝑspiciunt. ipsi cultuꝫ religiõis assumũt: ꝛ boꝝ vitam sub despectis vestibꝰ iniquis operibus pꝛemũt. Hundi quippe dilectoꝛes sunt. qui in hoc in se qꝫ hoies venerantꝰ oñdunt: atꝙ eis qui vere se despiciũt non mente sed veste copulantꝰ. ꝛ quia ꝑsentem gloꝛiã amantes consequi non possunt: quasi despicientes sequuntur. Honoꝛes enim fugiunt vt honoꝛibꝰ obuiẽt. Facileni est ꝓuersio ꝑsonarum naturaliter leuiũ ꝛ mobiliũ ꝛ inconstantium seu stolidoꝝ aut bꝛutaliũ ꝛ bꝛutali moꝛe semper nutritaꝝ. Non est statim habẽda ꝓ firma ꝛ rata ꝙn potius vix vnꝙ est firma: ꝛ ideo nunꝙ est tuta. Tertiũ signum est natura sensata. Quĩꝙ enim repiunꝰ maxiꝑ pctõꝛes ꝛ peccatrices in naturalibꝰ optime dotati ꝛ instituti qui qñ perfecte ꝓuertuntur ad deum. sunt valde ꝓstantes ꝛ omni moꝛum honestate ac grauitate optime et cito imbuiles. Et de talium numero estimo fuisse magdalenã. tamen ꝓpter aliquos vel aliquas tales non debet vniũsaliter ꝛ in omnem euentum ꝓseq̃ntia trahi ad quoscunꝙ pctõꝛes ꝛ peccatrices passim ad sanctoꝝ familiarem ꝓiunctum esse recipiendos: quia de talibus rari repiuntur. Sed si quando tales occurrunt verificaꝫ in eis sentẽtia pauli ad Rhoma. v. Ubi abundauit delictũ supabundabit ꝛ gratia. Quia tales sicut fuerꝫ sapientes vt facerent mala: ita diuina gratia in eis mirabiliꝫ opante sapientes fiunt vt faciant bona. Quartum signũ est etas discreta. In vario tamen religiõis statu varia competit etas. Multiplici ratione determinari non potest ad pꝛesens in qua etate ad religionẽ quilibet inducẽdus seu recipiendus sit: ꝛ maxime ꝓpter varios religiõis status. Nam quedaꝫ religio requirit etate maturos. ratione discretos ꝛ sanctitate ꝑcipuos. Quedaꝫ vo in teneꝛioꝛi etate suscipe potest. Sed circa hoc sufficit obseruare in quolibet statu religionis qꝫ sancti antiqui ꝛ experti patres sanxerunt atꝙ statuerũt in regulis suis. quas qui despicit indies fructus expietur. Et interim ẽ signũ ꝑsumptuose temeritatis. Pleroscꝙ enĩ tempoꝛibꝰ nostris sub pallio charitatis vel potius vanitatis deceptos vidi. passim ꝛ inconsiderate oẽs ad religionem recipientes quoꝝ operũ finis et fructus fuit fumus ꝛ fetoꝛ. ꝛ impediꝑiuũ obstaculum eoꝝ qui cũ dei honoꝛe ꝛ sui ac ꝓximoꝝ salute ingressi fuissent religionem. Pudet eni ꝛ iuste. pꝛudentẽ virũ assumere religionem ꝛ statum. in quo ante se pꝛecedere videt multos homines infames ꝛ sceleratos

et tandem in breui tempore apostatates et deteriores effectos. Tales siquidem arietes fumo vanitatis imbuti z obcecati z duces consimilium cecorum effecti: non considerant illud Ecclesiastici. xvj. Ne iocunderis i filijs impijs si multiplicentur. Et sequitur. Melius est enim vnus timens deuz q̄z mille filij impij. Et vtile est mori sine filijs: q̄z relinquere filios impios. Sumūt tales exemplum ecclesie militātl que multos recipit ad ordines sacros solēne castitatl votum coannexum habētes. cū eor q̄plurimi sepe trāsgredi comprobent. z tamen ecclesia ꝓptera psimiles recipe non omittit: non intelligentes q̄ ab his que in ecclesia irregl'arit fiūt non est trahendū argumentū z exemplū sed solum ab his que in dei ecclesia autētice z regulariter statuunt. Stragem enī clerical'status seu aliorū religiosor z p̄sumptuosam ac temerariā z puersam assumptionē hmōi statuum nemo sapiens asserit bonam seu assumendā z imitandā. Preterea pspicacit intuēti manifeste videbit. q̄ peius plerūq̄ est mltos malos hr̄e mīstros: q̄z paucos ac nullos

¶ Volens intrare religionem aut aliquem inducere ad eam q̄t tuor circa eum recipiētes considerare debent. ¶ Capitul'. ij.

Secunda vo discretio obseruāda est circa recipiētes. Quattuor vo signa p̄siderare debet ad religionem inducens vel religionē assumens: que ad pseuerantiā i bono ꝓposito et in sua pfessione z vocatiōe maximū auxiliū prestant. Primū signū est societas bona. secundū est p̄latorū diligens cura. tertiū est loci seu ꝓuentus z monasterij ꝓueniētia. q̄rtū regularis vita. ¶ Primū signū est societas bona. Nam dum bonū addit bono totū fit magis bonū: atq̄ dum virtus virtuti addit ex vnione magis corroborat. Quippe in societate bonor melius cognoscit veritas. ferventius diligit bonitas: z efficacius bonus opere adimplet. Nemo sibi satis est. eget ois amicus amico. iuncti accensi carbones melius seruant ignem: plurimiq̄ equi simul singulis gressum faciliorē prestant. Ideo Ambro. in sermone de moribꝰ z vita honesta ait Socios tibi bonos z honestos ꝓiunge: quia si fueris socius p̄ssatiōis eor eris z virtutis illor. Unde. xvj. q. j. c. si clericatus. ad rusticum monachū hiero. ait. Primū enī tractādum est vtrū solus aut cum alijs in monasterio viuere debeas. Si tibi placet vt habeas sanctor ꝓtubernū: nec ipse te doceas et absq̄ ductore gradiarl viam quam nunq̄ ingressus es. Unde ꝓpheta. Cum sctō sanctus eris. Si igitur multitudo ꝓgregatiōis aut status licet de se meliorīs non obseruat cōmunit statum suū. ita q̄ ex hoc oi intranti iminet notabile piculum illum statum minime obseruādi sed potius sequēdi cōmunes transgressiōes illius: tunc talis introitus est potius dissuadēdus q̄z ꝓsulēdus. etiaz si ad tales voluisset intrare. Melius est enī q̄ votum impleat in alia religione: q̄z se cōmittere piculo tanti casus. Facilius enī inficimur ex societate malor: q̄z corrigimur ex societate bonor. Et plus inficit vnus malus: q̄z alicui ꝓficiant multi boni. Unde Eccl. vij. Discede ab iniq̄ z deficient mala abs te. Et Grego. sup Ezech. ix. Infirmi debent p̄uidere societatē declinare: ne mala que freq̄nter aspiciunt z corrigere non valent. imitari delectentur. Et addit exemplū q̄ p longam p̄ssationem leprosi fit homo leprosus. Un Eccl. xiij. dicitur. Qui cōmūicat superbo induit superbiam. Et Prouerb. xiij. Qui cum sapientibus gradit sapiens erit: amicus stultor efficietur similis. Et Bern. Corrūpunt bonos mores non solum colloquia praua sed etiaz p̄sortia praua. Apostolus petrus tpe passionis factas socius puersor. negauit christuz et in negatiōe pseuerauit: tandem vo egressus foras ab eis segregat⁹ duz penitere et fleuit amare. Bene igitur dicit cum puerso puerteris quia ex quictu generant mores boni aut mali. ¶ Secundū signū est prelatorū diligens cura. que pficit multū religionē intrantib⁹. Et econtra qñ sunt erga subditos negligētes seu pnitiosi. Proinde qñ de h̄ volente ingredi ordinem aut de illo in singulari z determiate pensatis alijs circūstantijs z maxime iminentiū temptationū z defectus gubernantiū auxilior notabilit ꝓbabil⁹ est istum esse casurū q̄z pseueraturū. non debet p tali tempore ad altiorem statum recipi vel induci: quia q̄les sunt prelati tales efficiunt subditi cum sint maxime nouiter aduenientibus p̄maria forma. ¶ Tertiū signū est loci aut p̄uētus z monasterij ꝓueniētia. s. ad seruitium dei. Scōm enī paladiū vbicūq̄ gnāt echo nō mellificāt apes nec habitāt: vt mystice inuak q̄ loca tumultuosa z vlt sue pfessiōis

vocationē mūdanis negocijs implicata fructui atq; deuotioni seruoꝝ dei magnū ꝓstāt impedimētū. Vñ .ij. ad Timoth. ij. Nemo militās deo implicat se negocijs secularibus. Hꝛtñ adūtēdū est ſm Gregl. sup Ezech. q si desit spūs nō adiuuat locus. Quartū signū est regulari vita. s. ſm ꝓfessionē suā: quia tunc religio ingredientiū magnam ꝓstat vtilitatē. Unde Hugo de clau. ani. Abundans est pauperi religio. mediocri sufficiēs. tolerabil diuiti. infirmis larga. delicatis cōpatiens. fortioꝝ moderata. penitentibus misericors. peruersis seuera: bonis optima. Hec sunt beneficia religiōis. Hec ille Aduertendū est tamē ſm Berñ. in lib. de precepto et dispen. q qui ſm regulam viuere statuūt. et si non ad vnguem vt dicit totam custodiunt. et si qua ꝓ sui claustri ritu mutāt vel pretermittūt a regulari tamen ꝓfessiōe non discedunt: dum tamen sobrie iuste et pie ꝓ moribus viuere non desistunt.

Quidam ex q̄druplici irrationabili dubietate a religione retrahūt multos. Ca. iij

Certa discretio obseruāda est circa dubietates. Sunt enī plerīq; q a religionis ingressu retrahunt ꝓpter q̄sdam indebitas dubietates. necnon et quidam ꝓpter easdē causas alios inducē retardant. imo et multi qō deteriꝰ est volentes intrare religionē ex erronea ꝓsciētia retrahunt eos: moti ex q̄druplici cōmuni hoīum signo. Primū est fragilitas. scōm est lībtas. tertiū est exēplaritas: q̄rtum est paucitas.

Primū signū est fragilitas. Ubi adūtenduꝫ est q si ex cōmuni hoīuꝫ fragilitate timeť casus huic vel illic est homo nihilominꝰ inducendus. Cuius ratio est qꝛ talis cōmunis fragilitas non facit in ꝫ hoie vel in illo maiozez ꝓbabilitatē ꝓ casu. q̄n potiusꝫ ꝓpositū bonū illius ad talem statum cum assistētia gr̄e dei qui iam illud sanctū ꝓpositū dedit et cum auxilio regulari status et bone societatis et regiminis sancti eius ꝓponderat ad ꝓsumendū talem esse ꝓseueraturū potius q̄ casuꝝ. Preterea non oēs cadētes semp ꝓseuerāt in casu Unde ꝓpter casum ad hoꝛaꝫ postmodū reparandū non debꝫ receptio ad ordinē omitti. quia q̄uis apostoli in hoꝛa mortis christi coꝛruerūt: attamē et eis et ecclesie dei vtiliꝰ fuit eos fuisse ad discipulatū vocatos et tandē reparatos. q̄ si nunq̄ intrassent et ab assumpto statu ruissent. Preterea q̄n eidem hoī ad altiorē statum nō intranti imineret fortioꝛ casus atq; fortius et grauiꝰ et certius q̄ si intraret. tunc ꝓpter timoꝛē casus ingressus minime est omittēdus exēplo christi plures discipulos facientis q̄q̄ sciret qō Joh. vj. ait q multi ex eis abierūt retro nec ambulabāt cū illo. Nam si non intrassent ad christi discipulatum cum ceteris iudeis grauius et irrepabilius coꝛruissent. Et idem est de pluriꝰ q̄ in statu penitētie quibusdā temptatiōiꝰ infirmant. qui si in statu laxioꝛi cum ceteris remansissent. grauius et desperabiliꝰ infirmarentur. et maxime quia in penitētie statu frequenter ꝓmittit deus quosdā temptationuꝫ languoꝛes et moꝛbidos lapsus ad medicinale emplastrū et experimentū inferēs ad ꝓuentum gratie ampliozis. et ad augmentū hūilitatis et noticie suiipsius. atq; ad cautelam in posterū ꝓsimiliū. vel alioꝝ casuū vitandoꝝ.

Scōm signū est lībtas. Considerāt enī q̄dam lībtatem hūani arbitrij ꝓiunctam hūane fragilitati. et inde eliciūt valde esse periculosum hoiem assumere regularem statum: nec aduertūt q ſm hoc nullus vocādus esset ad altioꝛem statum. Sunt enī in oībus hoībus ista duo. s. cōmunis fragilitas: et ad bonū vt ad malum voluntatis lībtas. Sed ad quid oꝛdinasset christus hec tria sancte religiōis vota? Nonne sciebat in hoie esse humanā fragilitatem: an nesciebat dedisse hoī liberam voluntatē? Preterea. Si hoc verum esset. seq̄retur q similis ratio esset de accessu ad fidem et fidei sacramēta cum .ij. Pe. ij. dicit. Melius enī erat eis non agnoscē viam iusticie: q̄ ꝓ agnitam retroꝛsum ꝓuerti. Et ſm apl̄m ad Heb. x. Peioꝛa merent supplicia. qui filiuꝫ dei ꝓculcauerit. et sanguinē testamēti pollutum duxerit in quo sctificat̄ est et spūi gratie ꝓtumeliam fecerit. Non esset etiam passim ad iusticie opera ꝓcedendū: quia Eccl. xxvj dicit. Qui transgredit de iusticia in peccatū deus parauit eum ad rumpheā. Tertiuꝫ signum est exemplaritas. Plerīq; etiam ꝓsiderant suis tpibus a sacra religiōe retrogradasse et cecidisse multos: quoꝝ exemplo indiscrete scandalizant. Nam si solum generaliter et indetermiate timeť pluriū casus ꝓpt̄ sola exempla multoꝝ cadentiū. non ꝓpt̄ ꝫ dimittenda est assumptio talis status. eo q ex taliū ꝓterito casu non iminet intrantibus ruendi piculū: imo occasio potius p̄cauendi ꝓsimilē casuꝫ. Preterea ruine illoꝝ q̄ cecideꝛt potiꝰ ꝓueneꝛt ex maligꝫ defectu liberi ꝓsensus coꝝ. q̄ ex defectu assumpti status aut

gratie dei ad illos illuminãdos: aut ex aliq̃ ꝓpria stoliditate vel ieuitate eorum. Ex his nequaq̃ ꝓbabile fit alios carentes defectib⁹ illis casuros fore: q̃uis ex his plus debeat casus ꝓsimilis formidari. Attamẽ tal' timor potius ꝓtra casum auxilio ꝓstat q̃ inducat ad casum: nisi sit oino desperatiu⁹ & fragilis mentis ꝓsternatiu⁹. Si enĩ ꝓpter aliquorũ casus deberet qs se retrahere a religiõe, seq̃retur q̃ daret occasio oia hũana studia ꝑmittendi. iuxta illud Eccl. xj. Qui obseruat ventũ nõ seminat: & qui ꝓsiderat nubes nũq̃ meret. Et ꝓuerb. xxvj. dicit. Dicit piger leo est in via. leena in itinerib⁹. vbi glo. ait. Multi cum verba exhortatiõis audiũt dicunt se velle viam iusticie incipe. sed a sathana retrahunt ne ꝓficiant. Quartũ signũ est pauci tas quia. s. multi non ꝓseuerãt. Porro ꝓpt ꝑcedentiũ casus non debet homo se retrahere nouas inserẽ plantas qñ potius tãto plus est religio nouo semine ꝓpagãda: q̃to ꝑ plurĩũ seminũ ac plantarũ euulsionẽ est ampli⁹ dinuta. iuxta illud Eccl. xj. Mane semina semen tuũ. & vespe non cesset man⁹ tua: qz nescis quid magis oriat hoc an illud. Sũt enĩ pleriq̃ qui absq̃ compassiua charitate & pietate & in detrimentũ non modicuz ꝓscie sue ex vno religioso aliqõ scãdalũ ꝓpetrãte. aut ordinẽ relinq̃nte. aut sceleſtioze alĩs secularibus facto. matrẽ que est relicta ꝓgregatio et religio eius detractiõib⁹ & murmuratiõibus mordent & lacerãt. atq̃ ꝓtra innocentes impie latrant. totãq̃ reliquã multitudinem seruoꝝ dei illius ꝓgregatiõis iniusta ac seua sentẽtia dãnãt: qui si vere pie discreteq̃ sentirent. manifeste cognoscerẽt. q̃ mare se purgans putrida ad litora vomit. necnõ & corpora nostra sana ꝓsumpta ciboꝝ digestione putrida q̃q̃ a se reiiciũt. nec tamen odio habetur. nec despicit ipsum mare. nec insuper nostrũ corpus. Licet etiam religio pia mal' inter se infirmos foueat & ignaros non eiiciat. te p̃idos & desides non repellat: non tam̃ tota debet despici & ptemni: In cui⁹ mysterium Deut. xxij. dicit. Si ambulãs ꝑ viam in arbore vel in terra nidũ auis inueneris & matrem pullis vel ouis desup incubantẽ: nõ tenebis eam cuz filiis. sed abire patieris captos tenens filios. vt bñ sit tibi & longo viuas tẽpore. Quis tam durus & in iudicio temerario seuus. qui ap'los iudicet ꝓpt iudam seu etiam christũ. qui talem scient' elegit discipulum. Nec cum ignorant' elegit dñs ihesus christus audi quid Jo. vj. dicat. Nonne ego qui vos duodecim elegi. et vnus ex vobis diabolus ẽ? Ecce q̃ iudã quez elegerat diabolũ vocat. In oi statu & ꝓditione ꝑm hiero. boni simul repiunt' & mali. Et Aug⁹. in epistola ad vincentiũ donatistã ait. Mihi arrogare non audeo. vt domus mea melior sit, q̃ arca noe. vbi tamen inter tot homines vnus reꝓb⁹ inuentus est: aut melior sit q̃ dom⁹ abrae. cui dictum est. eiice ancillam & filium eius. aut melior sit q̃ domus ysaac. cui de duob⁹ gemis dictum est: iacob dilexi esau autem odio habui. Simplicit' autem fateor exq̃ deo seruire cepi. q̃ sicut difficile expertus sum meliores q̃ qui in monasterio ꝓfecerunt: ita peiores non sum expertus q̃ qui in monasterio defecerũt. Hec ille.

Articulus. iij. vbi ꝓ viginti argumenta impugnat' status religionis & cuilibet statui subiũgitur refragatio eius.

Certio ꝓsiderem⁹ circa statum religionis oꝓsitionẽ. Multam qui dem oꝓsitionẽ & ꝓtradictionẽ a varijs & ex varijs causis sacra religio ꝓpessa est. Sed tales quicũq̃ sint audiãt Bern. qui in q̃dam sermõe ait. Si quid religiõis oritur quicũq̃ resistit quicũq̃ repugnat. plane cuz egyptijs Exo. j. puulos israelitici generis necare conat': imo cum herode Mat. ij. nascẽtem ꝓsequit' saluatorẽ. Unde plurima argumenta cudeſt nõnulli vt eã elimiarẽt. Que q̃te sint falsitat' atq̃ errorib⁹ & ignorãtia plena: ꝓ sequentia patebit. Et vt hec clari⁹ eluce scant inducã discipulũ & magistrũ. discipulũ dubitantẽ & interrogantẽ: & magistrũ declarantem & rñdentem. Loquit' igitur discipulus ad magistrũ dicẽs. Discipulus Patientiam obsecro pater habe in me. dubius et nutans ad te venio: de puritate veritat' declarari desiderãs. Nam nup ex munẽ suo tetigit dñs deus coz meum. vt viam salutarez ac tutam recipe ac capescẽ vellem: qua meli⁹ placerem deo meo. Audiui sepius hoies regularis vite ꝓsilium popposci ab eis de salute anime: & inter eos non reperi solidam i consulendo ꝓformitatem. Quidaz ex eis qui reputantur periti ac ꝓbi atq̃ timentes deuz hortantur ad religionis ingressuz: quidam vo alij an meliores vel deteriores sint nescio oino dissuadent idipsum dicentes & asserentes se penitẽ intrasse religionẽ. Addam⁹ q̃ se pius visitaui alios seruos dei absq̃ religio-

nis voto libere dño seruiẽtes. fama odoriferos ꝓ̃fatione decoros honestateq̃ ꝑcipuos ꝓtuli cum potioribꝫ de ꝓposito ⁊ desiderio meo. Suaserũt quidam mihi timorẽ dei. seruare diuina ꝑcepta: derelinq̃re oino ꝓsortia mala ac multa ꝓsimilia vite iuste. Votuz vo religionis assumere oino dissuaserunt. Ego vo ex diuersis ⁊ aduersis in dubio ꝓstitutus quid eligam ignoro. Dumq̃ fidele ꝓsiliuz a diuersis quero tepesco. ⁊ fidem pdo: timens ne oĩes querant que sua sunt non q̃ ieſu christi. Proinde cum diu iam sensissem de reuerentia vestra oino statui in corde meo venire ad vos. ⁊ totum meũ apire cor ⁊ dubia q̃dam ponere ad reuerentiã vestrã. expectãs fidele ꝓsiliũ. oino nudatum inordiata affectione ⁊ passione. De hoc quidem toto corde orauí deum hoc enim inspirauit in animaz meam: cum hoc determinato ⁊ firmo ꝓposito vos adiui. Magister Letor fili mi de tanto munere desiꝝ tibi dato: hortor ne in vacuũ gratiã dei recipias. Hoc donũ non oĩbus datuz est. Sed queso aperi fideliꝫ animũ tuũ: vt tibi valeam porrigẽ ꝓsiliũ bonũ.

Argumentũ primũ Biscip.

Hempe aperiã vobis totũ cor meũ fideliꝫ tanq̃ deo. Ut mihi vtiq̃ videbaꝫ ex inspiratione diuina intrauerat cor meũ relinq̃re mũdum: et assumẽ statũ religionis. Video atq̃ experientia didici q̃ difficile sit inter mũdana innocentẽ in bono ꝓposito ꝑseuerare. Sepi⁹ a bono ꝓposito elapsus sum. alios mihi similes vidi aliq̃diu vt mihi videbaꝫ in seculo ꝑseuerare: sed tandẽ alijs deteriores effecti sunt. Proinde ꝓsiderãs fragilitatẽ meam aspirabã ad statum religionis regularĩ. Demũ ꝑsuasionib⁹ aliquoz ꝓsideraui. q̃ intrare periculum mortis spũalis seu mortaĩ culpe est melius ⁊ vtilius: q̃ se exponere tali periculo. Sed qui religionẽ ingrediꝫ p votum exponit se periculo trãsgressiõis ipsi⁹ voti: q̃propter nollem incidere in illam cupiens vitare caribdim. Hoc est in graui⁹ pricula incidere q̃ vitare periculũ mũdi. Non paruaz apparentiã veri habet fili mi cogitatio tua. Sed intellige q̃ qui prudenter vouet iuxta monita que in p̃cedenti articulo posita sunt mime trãsgressiõis piculo se exponit: imo p votum p̃dictũ vitat pricula multa. Nam aliud est trãsgrediẽdi possibilitas: atq̃ aliud ẽ trãsgrediẽdi periculum. Adam eni habuit trãsgrediendi possibilitatẽ: periculum autẽ nunq̃ Vouens igitur habet possibilitatẽ banc: periculum vero non. Et tamen melius est euz habere voti ꝓfectionẽ atq̃ vtilitatẽ cum tali possibilitate: q̃ non habere cum carentia talis possibilitatis. Sicut vtiq̃ melius fuit patri nostro adam habere intellectũ ⁊ voluntatem cum possibilitate peccãdi. q̃ esse sic animal brutuz cũ carentia talis possibilitatĩ. Et idem est de ingressu religiõis christiane p̃ sacrum baptismũ cum possibilitate generĩ peccandi q̃ prius. Nunc video q̃ ante nõ cognoscebã. Hi qui sentiũt q̃ etiam cũ ꝓditionibus a te tactis piculum sit assumere statũ religionis satis apte asserũt. licet forte hoc non ꝓsiderant. q̃ piculum sit assumere sacrũ baptisma: cum illud assumẽdo ex necessitate se quaꝫ possibilitas ruendi grauí⁹ in peccatuz q̃ ante assumptã fidem. Capacẽ te video veritatis: sed ꝑpera apire reliq̃ que gerĩ in corde tuo.

Argumentum. ij. Biscip.

Arcius q̃dem vt verũ fatear me vrget: q̃ ipse christus ꝓpter vitandũ trãsgressiõis periculum qõ iminet in iurãdo nos ꝓhibuit ñ iurare. Unde legi Aug̃. qui ait. Q̃ longe nos voluit esse a trãsgressiõe piurij: qui ꝓhibuit nos oino non iurare. Igiꝫ cum vbi ẽ eadem ratio: ibi idem ius ꝑpter piculum trãsgressionis voti nihil videꝫ essevouendum.

Munitus ⁊ armatus venisti: vti clare cerno. Tantoq̃ libenti⁹ tecum loq̃r: q̃to maiori intelligẽtia p̃ditum te ꝓspicio. Non igiꝫ te tedeat audire: quia non tedebit me dicere Si eni ꝓsideꝛeꝫ diligenꝫ dñicum verbũ etiaz ſm sententiã Aug̃. christus oino non ꝓhibuit iuramentũ: aliter peccasset apl's sepius in scriptura iurãdo. Sed iurare ꝓhibuit ex leui causa: non necessaria vel vtili. ⁊ ꝓsuetudinem vel assiduitatẽ iurandi. Et respectu istoz dicit Aug⁹. q̃ ꝑpter trãsgressiõis piculum ꝓhibuit nos oino non iurare. Proinde Aug⁹. ꝓtra faustũ circa mediũ ait. Quia p̃iurare graue peccatũ est: iurare autem sicut iurare verum. nullum peccatũ est. Sed longe remotus est a falso iuramẽto qui nec iurare ꝓsueuit: q̃ qui verum iurare ꝓcliuis est Maluit dñs nos non iurãtes recedere a vero: q̃ vez iurãtes aꝓpinq̃re piurio. Itaq̃ et apl's i sermõib⁹ q̃s habuisse narraꝫ. nũq̃ iurauit: ne iurãdi ꝓsuetudine in periculum piurij laberetur. aut si aliq̃ iurauit nescimus. In scripturis autẽ vbi est ꝓsideratio ꝓpensior ⁊ maior plurib⁹ locis apl's iurasse inueniꝫ ne q̃sq̃ putaret etiã vez iurãdo peccare.

hec Aug⁹. Preterea si verba dñi Mat. v. bene ꝑsiderent aliquo modo ꝓmissoria sunt Ait enī. Ego autem dico vobis non iurare oīno. i. nolite iurare in ꝙlibet casu. Ergo in aliquo casu licet. Nam talis ꝓhibitiōis modus vnūsalis non est. sed ꝓticular: si ferat illud non ante hoc aduerbiū oīno. Ex his t ex verbis Aug⁹. patet q freq̄ntationē iurandi ꝓhibuit ꝓpter ꝓiculū trāsgressiōis. Et fm hoc in ꝓsimilibus non est vouendū etiam ꝓpter ꝓiculū fractiōis voti: ꝓtra ꝙsdam insipientes t leues qui ꝓ quacūq; parua occasiōe emittūt aliqđ votum. Sed notanđ te aduertere volo. q non est simile de voto t iuramēto. Nam ꝑ se votum vtiq; bonū est: t per se vtiq; desiderandū. Iuramentū autē non: ꝑ solū ꝓpt aliud ad ꝓfirmādū t certificādū credulitatē alteri⁹ sup eo sup ꝙ iurat. Vñ Augusti. in lib. ꝓtra mēdaciū. Preceptū de ꝓhibitione iuramēti ad hoc positū est. vt q̄tum in te est non affectes: nec q̄si ꝓ bono cū aliq̄ delectatione appetas iusiurandū. Et in li. de sermone dñi in monte. Qui intelligit nō in bonis. i. ꝑ se appetēdis. sed in necessarijs iurationē refrenat q̄tuz potest. vt oīno cauea tur: nisi necessitas cogat. Iuramentū ꝙdam modo est idem cū voto. vt qñ cum iuramēto aliquid deo ꝓmittim⁹ vel vouem⁹. illud qđ ꝑ se est bonū. semp q̄tum est de se bonuz est facere. Qđ autem solum est bonū ꝓpter aliud semp non bonū est facere: nisi qñ ratio finis ꝫ exigit t put exigit. ℟. Assentire ꝑdictis que verepma facie mira sunt: t ipsa ratio veritatī t auctas augustini me cogit. Tamen si te audire non tedet addam tertiū qđ multos retinet ab ingressu religiōis: t mihi quoq; nō pax prestat impedimentū. ℣. Aperi queso quid illud sit. Nam t docilitas tua libenť t audire t rñdere me cogit.

Argumentum. iij. Discip.

Videtur enī q q̄to opus est magis voluntariū ceteris paribꝰ tanto melius sit: sed opꝰ qđ fit sine voto est magis voluntariū q̄ idez factum ex voto. qñ votum inducit faciendi necessitatē t illud qđ fit ex necessitate non fit ex tanta libtate sicut illud qđ fit absq; necessitate. ℣. Noui puteū vñ hanc aquā traxisti t aliam q̄z scaturire non cessat: vtinā quererent sanitatē ꝑ ꝓsilia sana. Addaz q̄z t ego eiusdem putei aquam ad robur argumētationis tuet. ij. ad Cor. ix. dicit. Unusquisq; put destinauit in corde suo non ex tristicia aut ex necessitate. Hylarem enī datorē diligit deus. Iterū Prosper li. ij. de vita ꝓtemplatiua ait. Sic abstinere vel ieiunare debemus vt non nos necessitati ieiunādi subdamus ne iam non deuoti sed inuiti rem salutarem faciam⁹. Audi etiam fili mi t diligenter attēde q duplex necessitas reꝑitur. vna que libertatē vel voluntatē t voluntarij rōnem non minuit t talis non est necessitas que fit ꝓ votum. Alia est necessitas que libertatez et voluntarij rationē adauget t talis est necessitas voti fm Anſel. Cur deus homo. Unde Aug⁹. loquens ad Aurelianū et paulinū de voto ait. Felix necessitas que ad meliora cōpellit. Et paulo ante dicit. Priusq; esses voti reus liberū fuit q esses inferior q̄uis non sit gratulanda libtas qua fit ut non debeať qđ non lucro reddiť. Votum etiam nō inducit necessitatē absolutā. sed solum necessitatē q̄ est ex ꝓditione t ꝑsuppositiōe finis: vt si volo habere vitam eternā necesse est me votū implere. Preterea multi ꝙdem sunt qui ea que vouerāt tam ardenti t ꝓmpta volūtate faciunt: vt etiam si non vouissent non facerēt solum sed vouerent. Amplius. Detur aliqđ opus bonū qđ quis ex voto vel obediētia fecit simpliciť ꝓsideratū. sit ei non voluntariū sed tamen solum facit illud ex voti vel obedientie necessitate. quā oīno ꝓterire non vult: et adhuc de hoc opere amplius mereť. q̄z si ꝓmpta voluntate illud idem faceret sine voto. Nam t si non habeat voluntatē ꝓmptaz illud faciēdi. puta ieiunādi t cetera: habz tamen voluntatē ꝓmptam votum implēdi vt obediendi. Qđ quidem laudabiliꝰ est atq; amplius meritoziū: q̄z ieiunare sine voto: Nam tanto voluntas votum implendi vel obediendi ꝓmptioz iudicať. q̄to id qđ aliq̄s facit ꝓpter obedientiā seu votum in se ꝓsideratum magis voluntati ꝓtrariū est. Ex quo patet q ad merituz boni opis ꝑtinet q aliq̄s ea que ꝓpter seipsa non vellet: faciat ꝓpt deum: aut etiam patiať. inueniť voluntas ꝓmptioz diuini amoris q̄tomagis ea que ꝓpt ipsam facim⁹ aut patimur volūtati nostre repugnant. Ideo martyres amplius cōmendantur: q̄to ḡuioza sustinuerūt ꝓpter diuinū amorem ꝓtra voluntatē humanā. Auctoritates autē apostoli t ꝑsperi loquunť ō necessitate humana cum aliquis. s. ex pudore vel timore humano facit qđ vouit: t non loquunť de necessitate que est ex fine dilectionis dine. Quod ꝙdez patet ex verbis apostoli ait enī non ex tristicia aut ex necessitate Necessitas enī hūana tristiciā inducit. Re-

cessitas vo diuine dilectiõis tristiciam tollit. Prosper etiam ait non indeuoti licet inuiti rem voluntariã faciam⁹. Non eni necessitas que ex diuina necessitate pcedit minuit dilectionem: sed auget sicut ex dictis patet.

Argumentum .iiij. Discr.

Postq̃ tu vobis est gratũ tu mihi non parua sentio venire vtilitatẽ. addam tu q̃rtum qõ sepe mentẽ meam retrahendo cõmouit. Sum eni de illis qui multum vellem mereri absq̃ magno labore. Ideo cogitaui q̃ magl gratũ tu meritoriũ est dare ppriũ q̃ reddere alienũ. Sed qui reddit qõ deo vouit alienũ reddit: quia tam suũ nõ erat sed dei eo q̃ votum fuerat deo oblatũ ac datũ. Qui aũt facit sine voto aliqd dat deo ppriũ: tu qõ erat iam sui iuris. Igitur licet vouens in actu vouendi forte melius egerit: tñ in ptinua eius redditione videt min⁹ bñ facere tu min⁹ mereri. q̃ in faciẽdo ptinue qõ non vouit. Si te auditrẽt qui min⁹ intelligũt vacillarent fortassis a solida veritate. Sed pspicacit̃ intuenti manifesti⁹ apparebit. q̃ donatio facta deo q̃ votũ non aufert nobis libertatẽ illam quã iam habem⁹: eo q̃ naturalit̃ dñi sum⁹ ac tuũ nfox tu oiam coz que subiacẽt facultati liberi arbitrij nri. Donatio etiam ipsa q̃ votum ab initio datum fuit qõ erat ppriũ iuris in eo quidem cui votum placet semp replicatur tu semp manet. Sic etiam reddere alienũ sicut q̃ votum reddit magis est meritoriũ: q̃ dare vt ppriũ. Quia ex tali modo redditionis deus ampli⁹ honorat. tu homo deo magis subijcit tu humiliat. ideo ppositio tua pma veritatẽ non habet: nisi in eo qõ ex se alienum erat. tu non in eo qõ factũ est alienuz. q̃ dantis seu reddentis donationẽ tu voluntatem. Nam sicut dicit Anselm. in lib Cur deus homo. Magis debem⁹ deo eẽ grati qñ dat qõ firmiter pmisit. q̃ si daret absq̃ p̃cedenti pmissiõe: eo q̃ maiorẽ ostendit in hoc nobis voluntatẽ dandi. Ideo q̃ tot pphetas tu totiens in eisdẽ pmisit nobis aduentum suum.

Argumentum. v. Discip.

Dum vnũ quero inuenio plura. Nunq̃ venerat in mentẽ meam ratio hec q̃re deus tam sepe in veteri testamẽto aduentũ suum spopõderat sed in pposito stem⁹. Item q̃tum dubiũ sepe venit in coz meũ tu videt mihi q̃ se obligare ad semp dandũ id de q̃ non est certum an semp id habebit. stultũ est tu temerariũ est. Sed nullus est cert⁹ de voluntate futura: maxime vsq̃ ad mortẽ. Per votum autẽ hõ obligat se ad voluntatez futuram tu vsq̃ ad vltimũ vite sue. Ubi fili mi piscatus es h̃ rhetiaculum boni ppositi? Ex pelagio pluriũ qui vident timere deum. Potius ex ppria voluntati sinu vbi ratio pdit lumen. Sed ne cũ errantibus erres disce q̃ quilibet est cert⁹ p tanto de voluntate futura tu de ope faciẽdo durãte possibilitate faciẽdi: quia nunq̃ põt non eẽ certus nisi voluntarie recedat a pozi pposito tu p tanto est voluntas imobilis. qz nullus potest eam ipsa nolente mutare. Quia igit̃ oia hec sunt in plena ptãte sua tu certus est ista se habere: recte potest oia hec dare atq̃ vouere maxime cũ dando sibi obliget deũ vt specialem habeat curam de obseruãdo eum in tenẽdo voto tu occasiões multas seruãdi ex hoc p̃sequit̃. Nullus eni vouet se esse certuz q̃ ita faciet: sed se facturũ p̃mittit. Et certus est q̃ ipse potest hoc verificare in tñ q̃ ipso volente non potest falsificari.

Argumentum .vj. Discip.

Addam fertũ vt pfecte sicut cepistis eluci deris intelligentiã meã. Videt mihi obligare se ad imobilitatẽ eius qõ semp instabile tu mobile est. nec p virtutẽ ppriã imobile põt reddi est ad impossibile se obligare tu ligare. Sed vouere non est aliud q̃ se obligare ad voluntatẽ imobilitatẽ que semp mobilis est: nec p virtutẽ ppriã immobilis reddi potest. Ad hoc quidẽ facile declarat si p̃sideret. q̃ nullus se obligat ad imobilitatẽ voluntatis simplicit̃ tu absolute necessariã: sed ad illã tñ quam volũtas habere põt si vult nec potest sibi violenter per alium auferri.

Argumentum. vij. Discip.

Nolo pterire septimuz qõ videt multos mouere. Videt autem q̃ id qõ auget p̃cupiscentiam ad malũ est malum aut saltem minus vtile tu minus bonũ. Sed phibitio p̃cupiscentiã auget: quia naturalit̃ nitimur i vetitum. Et fm Augl. p̃cupia semp magis i vetitum tendit. Ideo ad Rhoma. v. dicit̃ q̃ lex subintrauit vt abũdaret delictũ tu q̃ occasione accepta peccatũ p mandatũ opatuz est in me oẽm p̃cupiscẽtiã. Sed q̃ votũ fit nobis phibitũ id qõ antea licitũ erat: ergo votũ auget p̃cupiam tu igitur est malũ seu inexpediens tu min⁹ bonũ. Valida q̃dem videtur ratio tua tu munita p̃sidio scripturaꝝ. Sz diligent̃ aduerte q̃ aliud est de lege que tota liter posita est ab extra nec p̃supponit voluntatem faciendi. nec aplicat eũ ad volenduz

seu faciendū: sed solum ostendit qd sit faciē-dum ⁊ ad illud obligat. Aliud est devoto qđ est ab intra. ⁊ ꝓsupponit voluntatē: ⁊ ipsuz ē pfecta applicatio voluntatis ad volendū ⁊ ope randū. Unde si votū se haberet ad volunta tem nostrā oino sicut lex ⁊ p̄ceptū exteri⁹ da-tum: tunc simule esset. nūc aūt nō est sic. Vo-luntas autē tendit in id qđ est veritum p̄mo modo: non autē in id qđ est veritū scđo mo-do. Qz etiam solū p accidēs ⁊ nullo modo p se auget ꝓcupiam non oportet q̄ sit malum: sicut de lege patz que sancta est iusta ⁊ bona

D Pira distinctiōe vsus estis. nec a multis excogitata que mihi aperuit intellectū ad id qđ antea non pensabā. Sed si patienť audie ritis: addam ⁊ octauū qđ me sepe molestauit

A Statui tibi ꝑps accōmodare. Audacter et ꝓfidenť age. Ad dei honorē aiaz̄ saluti de-dicatus sum: si te lucrať ero nō feceri parū.

¶ Argumentum. viij. ¶ Disci.

¶ Deo gratias ago q̄ me misit ad vos. Ut video nos seculares multa ignorātia labora mus: ⁊ cum aliqđ legerim⁹ impares nobis oēs religiosos putam⁹. Uestra diligēs cha-ritas excitauit intelligētiā meam: ⁊ qđ antea cogitaui nūc efficaci⁹ ponderaui. Apparz igi tur mihi q̄ fm ordinē rectū ꝓius soluenduz est debitū: q̄z aliud superogandū. Sed q̄tū-cunqz aliquis talis totis viribꝰ conet atqz la borat: non pōt sufficienť p̄cepta implere ad que ex debito obligať. Igitur nunq̄z debet aliqđ p votū superogare: aut non adminus vsqz̄ impleuerit p̄cepta dei. Haz ꝑus opor tet hoiem se exercitare in p̄ceptis: anteq̄z eat ad observantiā ꝓsiliorz̄.

D Oh. oh. Hec est temptatio que in seculo me vexauit: ⁊ pe-ne in p̄cipitiū dedit. Sed diligenť attende. Non enī hoc ego in seculo adūtebā: q̄ ꝓius naturali ordine soluendū est debitū. Nō au tem ꝓius tpe vbi superogatio in nullo im-pedit solutionē ipsi⁹ debiti: sed potiꝰ ad ip-sam faciendā iuuat atqz pficiendaz̄. Et talia sunt superogatiōis vota ⁊ maxime ꝓsiliorz̄ euāgelij. qne inq̄ztum disponūt ⁊ iuuant ad simplicit tenendū p̄cepta sunt q̄dāmodo executione ꝓora: ⁊ si non in intentiōe. Sicut dispositio ꝓior est forma: ⁊ id qđ est ad finē suo fine. Finis enī ꝓior est in intentiōe: sed posterior in executiōe. Inq̄ztum vo dispo-nit ad pficiendū complete p̄cepta sunt ꝓio-ra fm modū predictū: q̄z ipsa impletio p̄ce-ptorz̄. Ideo duplex est modus seruādi p̄ce-pta. s. pfectus ⁊ impfect⁹. Nō necesse est q̄ du plex sit exercitiū preceptorz̄. Unū q̄ aliquis exercitať in pfecta observātia mādatorz̄ ⁊ fit p ꝓsilia. Aliud est exercitiū ex impfecta obs-uantia p̄ceptorz̄: ⁊ h̄ est qđ fit in vita seculari absq̄z ꝓsilijs. Cum igiť dicis q̄ oportet ꝓius aliquē exercitari in p̄ceptis q̄z trāseat ad ꝓsi-liorz̄ pfectionē. Idem est ac si dicať. q̄ opor-tet ꝓius hoiem exercitari in impfecta obser uantia p̄ceptorz̄. q̄z in pfecta observātia eor̄. Qđ satis inepte videť dictū. Quis enī ita in sanus q̄ aliquē volentē pfecte diligē deum ⁊ ꝓximū retrahat eum. cogēs illū ꝓius diligē impfecte? Nōne hic forme dilectiōis aptius ꝓtradicit que nob tradita est in p̄cepto chari tatis dīne cum Lu. x. dicit. Diliges dīm de um tuū ex toto corde tuo? Nunqđ timendū aut magnū ꝑiculū est ne hō nimis cito inci-piat diligē deū pfecte. q̄si possit in diligendo deum p̄terire modū? Audi qđ ecclesiasticus ait. xliij. c. Glorificātes deū q̄tumcūq̄z pote-rimus supualebit adhuc. Et iterū. j. Cor. ix. dicit. Sic currite vt comp̄hēdatis. Et ad He-breos. iiij. Festinem⁹ ingredi in illam requiē Nam q̄tūcūq̄z homo tempestiue pfectionis viam accipiat. semp sibi remanet quo pfice-re posset: q̄usq̄z vltimā pfectionē in patria cō sequať. Insup si ad ipsa exercicia respiciam⁹ maioz q̄z absurditas apparebit. Quis enī di cat ꝓtinentiā aut virginitatē seruare volenti vt ꝑus in mr̄imonio iūct⁹ caste viuat? Quis etiā dicat pauptatē p̄ christo subire volenti. vt ꝑus in diuit ijs iuste viuat? q̄si p diuitias ad pauptatē anim⁹ p̄pareť. ⁊ non pot⁹ pau-pertatis ꝓpositū impedire ꝓbenť. sicut ma-nifeste patet Mat. xix. de adolescēte. qui de mandatis dñi ait. Hec oīa seruaui a iuuētu-te mea? De quo Hiero. sup Mat. ait. Mi-ratur adolescēs. Si enī qđ ꝓpositū est in mā-datis diliges ꝓximū tuū sicut teipsum ope-re compleuisset. quō postea audiēs vade et vende oīa que habes ⁊ da paupib⁹ tristis re cessit? Et Origl. sup Mat. narrat q̄ scribť in euāgelio fm heb. q̄ cū dñs dixisset et va-de ⁊ vēde oīa que habes. cepit diues scalpe-re caput suū. Et ait dñs ad eū. Quō dicis se ri legē ⁊ ꝓphetas? Scriptū est enī in lege. Di liges ꝓximū tuū sicut teipsum. Et ecce mul-ti fratres tui filij abrae amicti sunt stercore. morientes fame: ⁊ dom⁹ tua plena multis bo nis. ⁊ nō egredit aliqđ oino ex ea ad eos.

D Vere nunq̄z circa h̄ talē distictionē atq̄z solutionē expectassem.

A Postq̄z tps ha bemus si quid aliud excogitasti non pigeat aperire.

¶ Argumentum. ix. Discip.

¶ Dicam ꝓfidenᵗ postꝫ vra charitas mihi audientiã ꝓestat. Hoc enī pluries mihi simi les seculares ⁊ pitᵉ ego cū eis pensamᵒ: q id qꝺ fit ex voto aut ẽ faciliᵒ facᵉ ⁊ implere ꝫ id qꝺ fit sine voto aut difficiliᵒ. Si faciliᵒ tūc mi nus meritoriū est cum difficultas adaugeat meritū. Si difficiliᵒ tunc minᵒ vtile ⁊ expedi ens. Inducᵉ enī in nob̄ aḡẽdi difficulta tem apꝛime piculosum ⁊ expediẽs est. ¶ Fateor ꝛo q vouere ẽ maiozis difficulta tis ꝫ nō vouẽ. vel ꝫ tñ simplicit ꝓponẽ: et tamen vouẽti ⁊ ei cui votū placet faciliᵒ ẽ idẽ opus ꝓseueranᵗ facᵉ q ei q̄ nō vouit vel q̄ so lum simplicit ꝓposuit. Utrūꝫ aūt ⁊ difficul tas que ẽ in vouẽdo ⁊ facilitas q̄ ex ꝫ ꝓue nit ad implendū facit ad meriti incrementū Est enī duplex difficultas. Prima q̄ ꝓuenit ex arduitate opis. ⁊ hec auget meritū: ⁊ talᵉ vtiꝫ est in voto ⁊ in eo qꝺ vouᵉt. Scꝺa est difficultas que ꝓuenit ex infirmitate ⁊ vitio opantis: vt auaro rone vitij sui difficilius ẽ dare vnū solidū ꝫ liberali vnū ducatū. Et ꝫ diminuit meritū. Proinde minᵒ mereᵗ aua rus in elemosyne datione ꝫ hō largus. Est etiã duplex facilitas. Prima ꝓuenit ex opis leuitate ⁊ inferiozitate: ⁊ talᵉ meritū minuit. Scꝺa est facilitas q̄ ꝓuenit ex opantis virtu te ⁊ ꝓfectione: vt casto faciliᵒ est seruare casti tatem ꝫ viro luxurioso. Et viro ꝓfecto ꝫto opus ꝓfectius ⁊ magis arduū est tāto ei plᵒ placet: ⁊ talis facilitas auget meritū q⁹ ꝫto opus est magis voluntariū ⁊ a ꝓfectiori vo luntate ꝓcedēs tanto magᵎ ẽ meritoriū. Vñ ij. ad Cor. ix. c. dicit q hylarẽ datorẽ diligit deus. Et talis est facilitas q̄ ex voto ꝓuenit in voti cōpletiõe. Difficultas etiã seu labor ꝓ se non faciũt ad meritū sed solū arduitas ob iecti: ex q̄ aliqñ ꝓuenit aut ꝓfectio opantis quã supponit. Nemo enī cōiter aggredit dif ficilia ⁊ laboriosa nec ꝓsistit in eis: nisi forte virtuose volens. Vñ si arduū opus vel ob iectum esset de se magᵎ delectabile ⁊ magis placitū ac ꝓ ꝓseqūs magis facile ꝫ opᵒ minᵒ arduū: nihilominᵒ esset magᵎ meritoriū. Et angelo ⁊ ade erat delectabile sup oia ⁊ ꝓpt se diligẽ deū ⁊ tamẽ sup̄ oia erat meritoriū. Non etiã vex est qꝺ dicis q si est magᵎ difficile q magis sit ideo piculosum: si cū difficul tate afferat magᵎ ꝓfectio ⁊ magᵎ vtilitas. Et tñ si cū istis esset adhuc aliq̄ mō piculosum: nihilominᵒ tñ ꝓpt ista esset adhuc amplᵒ eli gendū ꝫ ꝓpter piculū esset relinq̄ndum. ni si esset notabilit graue ⁊ magnum.

¶ Argumentum. x. Discip.

¶ Nescio qs inficere posset has distinctas ⁊ lucidas veritates. Sed decimū in admira tione atꝫ dubietate posuit mentẽ meã. Con sidero enī q deus p̄cepit nob̄ q̄cq̄d melius ẽ nobis fuisse p̄ceptū. Sed q̄cq̄d meliᵒ est face re ex debito meliᵒ est facere ex p̄cepto: cū ni hil sit debitū nisi q⁹ p̄ceptū est. Q⁹ aūt meliᵒ sit facere ex voto meliᵒ est facere ex debito: cū id quod fit ex voto ex debito ipso fit. ¶ Oh. oh. Hec facile declarant. Deus etiã ꝓce pit nob̄ q̄cq̄d est melius fuisse p̄ceptū: ⁊ eo modo q̄ meliᵒ erat. Melius aūt erat nob̄ ali qua p̄cipi interuenẽte volũtate nr̄a: ꝫ sine ea. Et hoc modo est in p̄cepto id qꝺ voto fir matū est. Nō etiã cadūt sub p̄cepto ꝓ se sed ꝓ accidẽs: in ꝫtū ꝓvoluntatẽ nr̄am posita sūt sub ꝓcepto de reddẽdo voto.

¶ Argumentum. xj. Discip.

¶ Admirari ⁊ dubitare desisto ꝓtẽplãs has lucidas veritates. Sed cum vnum dubium fugit aliud subito subinsurgit. Cōsidero enī q si simplicit melius sit atꝫ vtiliᵒ aliq̄d face re ex voto ꝫ sine voto. ergo qꝺcūꝫ bonum est facere. bonū erit ⁊ vtile illa vouẽ. Hoc au tem certum est esse piculosissimū: ⁊ q̄dāmo do occasio nos inducẽs ad multiplicᵉ voto rū trāsgressionẽ. ¶ Sciuit erraret q̄ hoc sentiret. Nam nō sequit q si simplicit meliᵒ est aliq̄d vouẽ vel facere: q ꝓpter ꝫ sit meliᵒ in oi casu. Aliq̄d enī est meliᵒ in suo genere: cuius tñ opositū est meliᵒ in casu rone diū sarū circūstantiarū. Insup non oẽ qꝺ est me lius simplicit: est meliᵒ alicui. Quapt licet vouere simplicit melius sit: non tñ in oi casu et cuilibet.

¶ Argumentum. xij. Discip.

Primū remediū defensio dicit. Licet enī cozdis patiētia semp seruāda sit sicut dictū est: tamē q̄n imminet piculū aut necessitas vl̄ma supioris debent doctozes ꝛ p̄dicātes māsuete p̄meditate p̄udenť ꝛ humiliť rūdere: nō alto clamoze nec arrogāti vociferatiōe q̄z ex hoc scandalizari solent. ꝛ ne tū sub pallio inepte humilitatis extincto veritatis zelo ī arduis negocijs quidam subꝛepāt inercie tozpoz hereticoz detractiōib⁹. ꝛ graue scandalum ponentib⁹ in p̄spō dei. virili animo resistendum est. Unde Aug⁹. li. ij. de trini. Gratanť sūscipit oculū colūbinū pulcherrima ꝛ modestissima charitas. Dentem autem caninū vl̄ euitat castissima tutissimaq̄ humilitas: vel retondit solidissima veritas. Nō. s. fieri debet non amoze p̄uate glozie ꝛ p̄prie cōmodi tatis: sed respectu cōmunis vtilitatis. Jō fm Greg. in pastoꝛl. dicit. Qui p̄ua studet agere ꝛ tamen ad hoc ceteros vult tacere: ipse sibimet testis est quia plus veritate se appetit diligi q̄z contra se non vult defendi. Ita q̄z econtra dici potest q̄ plus se diligit q̄z veritatem que deus est: qui veritatis adūsarijs nō resistit vt sibi. s. pacem querat aut alijs non displiceat. Quia vt dicit ex de homi. c. sicut dignū. Non caret scrupulo p̄cessiōis occulte: q̄ manifesto facinoꝛi desinit obuiare. Unde Greg⁹. sup Ezech. omel. q̄ ait. Linguas detrahentiū sicut nro studio non debem⁹ excitare ne ipsi pereāt. ita p̄ sui malicia excitatos debemus vnanimiť tolerare vt nobis meritum crescat. Aliqn autē compescē ne dum ō nobis mala disseminat eoꝛ que audire nos ad bona poterāt cozda innocentiū cozrumpant. Item idem. s. ait. Ubi quoꝛ vita in exēplo imitatiōis est posita debent si possint detrahentiū verba compescē: ne eoꝛ p̄dicationem non audiāt qui audire poterāt. ꝛ p̄uis moꝛibus renitētes bñ viuere p̄temnāt. Unde fm Augl. in epla ad hyponēses. Detractozes cum ipsa scripture veritatē criminari aut at obscurare non possunt. hoſ q̄ quos p̄dicatur inducunt in odium: de q̄bus effingere q̄cquid in mente euenerit p̄nt. Uñ iam aplice p̄phetie tps videť instare. ij. Timoth. iiij. Erit eni cum sanam doctrinā non sustinebunt. Hec ille. Sic eteni christ⁹ phariseoꝛ maliciam publice ꝛ instātissime p̄futabat. sic etiaz apl's p̄tra pseudo apl'os acerrime ꝛ publice inuehit. Sicť veri p̄phete p̄tra pseudo p̄phetas viriliť pugnauerūt. Et Hiero. ī biblie p̄logis ac in epl'is suis idem fecisse apertissime demſtrat. Idem q̄z alij doctozes sancti p̄ loco ꝛ tpe mānifestissime apparet. Sicut Greg⁹. nazā. et beatus Bern̄. in suis apologijs fecisse p̄banť. Hoc aūt oibus p̄dicti expediens erat. ꝛ p̄similib⁹ necessariū est: ꝛ maxime q̄druplici ex respectu. ¶ Primo respectu detractoꝛ p̄tra quos inuehiť. vt eoꝛ malicia retondať ꝛ comp̄mať ꝛ fozte curetur. Scō respectu adherentiū vt ab'eoꝛ piculosa retrahanť sequela. ¶ Tertio respectu veritatis discipuloꝛ vt veritati ꝛ doctozib⁹ veritatis firmius inhereāt: aut ne a veritate vacillent. aut ne in illoꝛ inducanť errozes. ¶ Quarto respectu eoꝛ que sic detractozibus p̄tradicunt. quia ex hmōi vexatiōib⁹ fortius inflāmanť illumianť acuunť ꝛ solidanť ad veritatis amplexū ꝛ ad detestationē falsitatis atq̄ virtutis ꝛ vitioꝛ p̄tra que inuehunt: et armanť atq̄ pugnant. Fateoꝛ tū q̄ etiam p̄fati in hmōi zelo aliq̄n aliquid patiunť hūanū ꝛ veniale. difficile eni est vel modicum in his non excedere: ꝛ mediū sobꝛietatis tenere.

¶ Oꝛ contra obtrectatozes magnum remediū sunt testimoniū dei ꝛ conscientie nostre. ¶ Cap. ij.

Secundū remediū est testificatio. Cum eni cuiq̄z detrahiť p̄tra iudicium veritatis semp recurrere debz ad iudiciū dei q̄ ō in tñ est verum vt nec fallere velit nec valeat falli atq̄ cū coram deo viderit puram p̄scientiā suam ō fal

sis ⁊ temerarijs iudicijs detractoꝝ ⁊ credentium eie mime curare debet..exemplo Job qui.xvi.c.de seipso ait. Ecce enī in celo est testis meus ⁊ pscius meus in excelsis Ubi ait Greg⁹. Qui testem in celo habet si ab hoīb⁹ reprehendī non curet. Unī.xj.q.iij.c.inī verba idem ait. Inter verba laudantiū seu vituperantiū ad mentē semp recurrendū est: ⁊ si in ea non inuenīt bonū qđ de nobis dicīt magnam tristiciā in ea gnāre debet. Et rursum Si in ea non inuenīt malū qđ de nob loquūtur hoies in magnā debemus leticiā pslire Quid enī si non oēs laudant ⁊ pscia nos liberos esse demōstrat habem⁹ paulū dicentem. Gloria nra hec est testimoniū pscie nre. Job xo dicit. Ecce in celo testis meus. Si igitur nobis testis est in celo ⁊ testis in corde. dimittam⁹ stultos foris loq quod volūt. hec ille. Bern̄. quoq exponēs illud Cant.j. Recti diligunt te ait. Profecto bona psolatio ē cū blasphemamur bñfacientes a malis: si recti diligūt nos: oīno sufficit adūsus os loqntium iniqua. opinio bonoꝝ cum testimonio pscientie. Non veniat aīa mea i psilio detrahentiū qm̄ deus odit eos. Dicente apostolo. Detractores deo odibiles. hec ille.

¶ Qz exēplo dñi nostri iesu christi cui multipliciter detractū fuit tolerare debem⁹ patienter obtrectatores. ¶ Cap̄. iij.

Tertiū qz remediū est exemplatio. Scōm xo Sen̄. in epla ad Lucillum. Nulla tam modesta malicia vt malignitatis dentes vitare possit. Unde Chrys. sup illud Mat. xij. Indigñti quēadmodū si colūna erecta fuerit accepto pondere amplius pfirmaī. Si aūt modice obliquata fuerit non solum nō pfirmaī sed ampliusvadit ad latus. Sic ⁊ coz hois si rectū fuerit videns opa viri iusti audiens doctrinā sapientie eius etiam amplius pfirmaī. Sz si coz puersum fuerit non solum non pfirmaī sed magis ad inuidiā excitatur ⁊ magis puertī Quis etenī tam iustus ⁊ prudens. tantaq innocētia ⁊ modestia imo oīum decore virtutum exornat⁹. sicut benedictus dñs iesus christus: ⁊ tamen ąt detractiões ąt oblocutiones quot etiam sensit contra se vipereos dentes iudeoꝝ scribarū ⁊ phariseoꝝ: Inter ceteras xo detractiões triplicit detraxerunt Primo eius sapientie. Scō eius innocentie: tertio ei⁹ sequele. ¶ Primo ei⁹ sapiētie. Et h̄ tripliciter. Primo eius sapie naturali. Insde Jo.x. Demoniū habet ⁊ insanit. Quid enī auditis? Et Mar.iij. dicebāt. Quoniam in furorem versus est. Secūdo eius sapientie litterali ac legali dicētes Jo.vij. Quō hic litteras scit qm̄ non didicerit. Et qꝝ talis admiratio de despectiõe pcederet oīndit Mat. xiij. cum dicīt qꝝ scandalizabant̄ in illo. Tertio eius sapiētie spiritali reputantes eū hereticū Jo.viij. Samaritanū. i. diuino cultu hereticū vel saltem dubiū. Unde Jo. ix. dicunt. Nos scimus qꝝ moysi locut⁹ est deus: hunc aūt vnde sit nescim⁹. Ubi glo. Quod moyses docuit a deo accepit. hic aūt vñ acceperit nescim⁹. ¶ Scō detraxerūt eius innocentie. Et hoc etiam q̄nq modis. Primo asserunt illū peccatorē respectu sui dicētes Jo.ix. Nos scimus qm̄ hic homo peccator est. Et Mat.xj. Ecce homo vorax ⁊ potator vini. Secūdo dicunt illū seductorē respectu populi dicētes Jo.vij. Seducit turbas. Et Mat.xxvij. Recordati sum⁹ quia seductor ille dixit adhuc viuens. post tres dies resurgam. Et Lu.xxiij. Hunc inuenimus subūtentē gentem nostram ⁊ phibentē tributa dari cesari. Tertio asserūt euz blasphematorez respectu dei dicētes Jo.x. De bono ope non lapidam⁹ te: sed de blasphemia. quia cum tu homo sis facis te deum. Quarto dicunt eum transgressorē respectu legis dicentes Jo.ix. Non est hic homo a deo qđ sabbatum non custodit. Quinto dicūt euz operatorē in virtute diaboli. Unī Lu.xj. Et Mat. xij. In beelzebub pncipe demonioꝝ ejicit dēmonia. Et Jo.vij.et.viij. dicitur ei. demonium habes. ¶ Tertio detraxerūt eius sequele. Et hoc triplicit. Primo de vilitate discipulorꝝ dicentes. Nōne fratres sui sunt iacobus et iohānes? Secūdo de simplicitate ei credētiū dicētes Jo.vij. Nunqd aliquis ex pncipibus credit in euz aut ex phariseis? Sz turba hec que non nouit legem maledicti sunt. Tertio de vitiositate amicoꝝ suoꝝ dicentes Mat.ix. Quare cum pctōrib⁹ ⁊ publicanis manducat mgr̄ vester. Et Lu.xv. Erant appinquātes ad iesum publicani ⁊ peccatores vt audirent eum. Et murmurabāt scribe ⁊ pharisei dicentes quia hic pctōres recipit ⁊ manducat cum illis. Et Lu. xix. de zacheo murmurabāt dicētes qꝝ ad hoiem pctōrem diuertisset. Quid igitur miramur egre ferentes detractiões nos? pediculi miserabiles ⁊ miserandi? Qua insania dedigñmur. q̄ deniq stulticia, De mente ,elabī nīi salua-

toris exemplū audiam⁹ eū Jo. xv. nob annunciantē. Si mūdus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit. si de mūdo fuissetis mūdus qđ suū erat diligeret. Et sequitur. Non est seru⁹ maior dño suo. si pse cuti sunt me ⁊ vos psequent. si sermonē meum seruauerūt ⁊ vestrū seruabūt. Exemplū etiam ad hoc aptissimū patet quia nunq̄ fuit ab initio seculi vsq̄ nūc. nec etiam in posterum erit aliquis iustus cui diūsimode non fuerit detractum. Nōne etiam ad tantā insaniam deuenerūt multi q̄ ipsi q̄ sūmo opifici deo q̄tidie detrahere non verent? Quid ergo mirū si de nobis vilissimis creaturis ali qui obloquunt?

Q Multum compatiendū est inuido cordi oblocutor. Ca. iiij

QUartum remediū est compassio. Compatiendū vtiq̄ est cruciatibus detractor. qui vtiq̄ fm eorū iudicium satis magni apparent. cum ex inuidia oriantur. Habent fm Alexan. in sua radice penam. Unde fm Augu. Amasti bene agentem. vixisti bono odore: inuidisti bene agenti. Imortuus es bono odore. Et Sen̄. Utinā inuidus in oīb⁹ locis oculos ⁊ aures haberet vt de oībus pfectibus quib⁹ inuidet torqueret. Diogl. pbus cum ei nūciasset amicus te amici cuncti vituperant. Oportet inq̄t sapiam ab insipientibus ferri. esse ei meliorē iudicat lingua mala q̄ carpit. Et Hiero. ad demetriadē. Hominū vilium satis est ⁊ suam laudem querē tium alios viles facere. Et iter ū Sen̄. Qui alienis malis sicut suis bonis letant. diuites sunt alienis iacturis: locupletes calamitatibus funerib⁹ imortales. Ex hoc enim discant p̄dicantes compati laniantib⁹ atq̄ eis detrahentib⁹: cum reprehendunt de sceleribus suis. quia necesse est medicū sapientē patiēter ferre infirmor fetores lamētatiōes atq̄ atq̄ clamores. Aliter similes sunt medico insipienti. qui dum egroti apostema nouacula frangit vult eum fleri. Qui potest dicere merito. aut pmittat me ex meo dolore clamare dum carnes meas inciditis: aut pmitte me incidē carnes vras ⁊ vos clamate. De p̄dictis duobus oportet vos alterū eligē.

Pars tertia tertij articuli de vltimis q̄ttuor remedijs contra oblocutores.

TErtio p̄siderem⁹ q̄ttuor vltima remedia contra derogatores. Primū est oportunitas. scōm est necessitas. tertium est honorabilitas: q̄rtū ē magnimitas.

Q Opportunū est cōtra iustos esse oblocutores. Cap. j.

PRimū autem remediū est oportunitas. Primus nempe oportuna est oblocutio detractori. Ut patz vj. q. j. c. oues. in fi. vbi dicitur q̄ iusto dei iudicio non nunq̄ adūsus bonos detractio excitat: vt quos vl domestica adulatio vel alioz fauor in altum extulerat detractio humiliet. Cuius ratio fm Alexā. de hal est. Quia sicut per adulationez mentis oculi claudunt ⁊ excecant: ita p detractionē aperiunt ⁊ illuminant. Cum enī homo videt sibi detrahi si stulticia in eo non laborat puertit se ad p̄sideratiōnē infirmitatis sue. querens ac pquirens si quid sit reprehensibile in eo ⁊ sic humiliat ⁊ emendat. Un̄ Greg. Qui per laudes a se exire potuit: ptumelijs compulsus ad se redit. Hinc dicit apostolus Per arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris. per gloriam ⁊ ignobilitatē: p infamiam ⁊ bonaz famam. vt seductores ⁊ veraces: sicut q̄ ignoti ⁊ cogniti. quasi morientes ⁊ ecce viuimus: vt castigati ⁊ non mortificati. quasi tristes semper autem gaudentes.

Q Quotum iustis necessarij sunt derogatores. Capitulum. ij.

SEcundū remediū est necessitas. Debet enī mēs illumiata pensare q̄ deus micos de necessitate permittit detractores insurgē contra iustos: vt p viam virtutū cautius incedant. Un̄. j. Pe. ij. dicit. Conūsationē vestram inter gentes habētes bonā vt in eo qđ detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus: ex bonis opibus vos p̄siderantes glorificēt deum in tpe visitatiōis. i. qñ a deo illuminabūtur. Unde Cant. ij. Sicut lilium inter spinarū compūctioib⁹ tacto merito compat cum dicit. sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Liliū nempe spinis plus redolet punctū. Jam xo attractū ⁊ attritū seu pfractum fetet. Sic vtiq̄ iustus linguis detrahentiū punctus plus redolet: si equanimiter portat. Si xo impatiēs est atq̄ pfract⁹ et ab inceptis desistit fetet. Hinc Pe. raucū. ait. Utrum fortem excitat ad virtutis exercitium alieni laboris aculeus: nec mentī oculo torpore pmittit inuidia detractor. Jacob

qui in baculo suo iordanẽ trãsierat non rediſſet cum duabus turmis: niſi euꝫ inuidia eſau agitaſſet. Joſeph enī non impaſſet egyptijs niſi ipſum fratrẽ inuidia vendidiſſet. Scriptum quippe eſt. Abel eſſe non poteſt: quem cayn malicia non exercet. Unde Seneca. Inuidiã ferre aut fortis aut felix põt.

Qꝛ ſignũ eſt qꝫ honorãdi ſunt iuſti qñ detrahit eis. Cap. xij

Tertiũ remediũ eſt honorabilitas magnũ vero iuſtoꝝ teſtimoniuꝫ eſt qꝫ honorãdi atq; laudãdi ſunt etiam ab ipſo deo cum ipſe vituperarꝫ a mal. Unde glo. Hũi. xij. ait. Magnũ eteni beneficiũ conferunt detractores. Nunq; enī inuenim⁹ dñm tñ laudaſſe moyſen: q̃tum tunc cum detraherẽt ei ab aaron et maria. Unde dixit de moyſe Hũi. xij. In oi domo mea fidelisſim⁹ eſt. Ore enim ad os loquor ei palam: ꝛ non per enigmata ꝛ figuras deum videt. vide qd ſibi pene obtrectãtes ꝓtulerint. Quid autẽ laudis ſibi turpitudinẽ. illi ſplendorẽ. ſibi lepꝛam. illi gloriã. Unde Rich. ſuper Apoc. ait. Valoꝝ eſt ſp odioſa vita bonoꝝ ꝛ quẽ deus cõmẽdat ꝓꝛa uoꝝ ſermo blaſphemat. Inſup Greg⁹. ſup Ezech. ait. Qui autꝫ incredulꝫ ꝛ ſubũſores ſunt in ſuis ſermõibus derogãtes timẽdi ſi ſunt: quia valde ſtultũ eſt ſi illis placere querimus q̃s non placere dño ſcim⁹. Debẽt autem haberi in metu ꝛ in reuerẽtia iudicia iuſtoꝝ: quia mẽbꝛa oipotentis dei ſunt: ꝛ ꝫ ipſi in terra reꝓhendũt qꝫ dñs redarguit i celo. Nam puerſoꝝ derogatio vite noſtre appbatio eſt. Quia iam oñdit nos aliq̃d iuſticie habere: ſi illis diſplicẽ incipimuſ qui deo non placent. Nemo enī poteſt i vna eadẽq; re oipotenti deo atq; eius hoſtib⁹ gratꝫ exiſtere. Nam deo ſe amicũ ỏnegat: q̃ ei⁹ placꝫ inimico. Et inimicis veritatꝫ adũſabit q̃ eidem veritati in mente ſubiugaꝫ. Unde ſancti vir in voce libere increpatiõis ſuccẽſi eos ad ſua odia excitare non metuũt quos deũ non diligere cognoſcũt. Qꝫ ꝓpheta arden ter exhibens creatori oĩuꝫ: quaſi in munere obtulit dicens. Nõne q̃ oderũt te dñe oderã illos: ꝛ mei ĩimici facti ſunt mihi. Quaſi dicat. Penſa q̃tum te diligo quia tuoꝝ hoſtiũ excitare ꝓꝛa me inimicitias non ꝓmeſco. Hinc iterum dicit. Qui retribuũt mihi mala ꝓ bonis detrahebãt mihi quoniã ſubſecutus ſum iuſticiam. Bonũ valde eſt qꝫ iuſt⁹ tribuit: quando male agentib⁹ libera voce ꝓtradicit. ſed puerſi mala ꝓo bonis tribuũt cum iſtis derogant quia contra eos iuſticie defenſionẽ ſeruant. Non enī iuſti humana iudicia ſed eterni iudicis examen aſpicunt: et ideo derogãtiũ verba ꝓtemnũt. Hinc paulus chorintheis derogantib⁹ ait. Mihi autem ꝓ mĩmo eſt vt a vobis iudicer ꝛc̃.

Qꝛ animo magno ſpernendi ſunt oblocutores. Cap. xiij.

Quartum remediũ eſt magnanimitas. Grandi quidem animo vilipendẽde atq; nihili pendẽde ac oĩno deſpiciende ſunt detractoꝝ oblocutiões ꝛ derogatiões: nec etiaꝫ niſi in magna neceſſitate ſicut p̃dixim⁹ retundẽde. Unde Eccl. xxviij. Scõm enī ligna ſilue id eſt. ſm populi varietatẽ ſic ignis exardeſcit. i. ſicut ꝓualet ignita lingua oblocutoris: eo qꝫ mali derogantib⁹ faciliter cedunt. iuſti x̃o ꝓmanent incõcuſſi. Et ſubdit dicẽs Si ſufflaueris. ſ. ꝓtra dicẽdo quaſi ignis exardeſcit: quia multo amplius derogabunt. Et ſi expueris ſuper illam. ſ. oblocutionẽ videlicet vilipendẽdo atq; deſpiciẽdo illam: vt forte illam ad litterã ꝛ deſpectionẽ ſpuendo in terram quaſi ſup detractionẽ extinguerẽ. Et ſubdit dicens. Utraq; .ſ. ſaliua ꝛ detractio ex ore ꝓficiſcunt: quaſi ſaliua oblocutionis remediũ ſit. Saliua enī ieiuni ſtomachi ꝓtra venenũ ſerpentꝫ valere dicit: vt myſtice innuat q̃ ꝓtra draconinã detractionẽ ad illudendũ ei. ſpuicio ſuper terrã ꝛ quecunq; eius vera deſpectio optimo tyriaco merito comꝓbat. Per hec. xij. remedia verificat qꝫ ꝓpheta ad dñm ait. Tu ꝓfirmaſti in virtute tua mare: ꝓtribulaſti capita draconũ in aquis. Quid ꝑ mare niſi anime iuſte. quib⁹ oblocutores detrahere amaritudis cauſas ꝓeſtant: ſed virtute diuine gratie ꝓfirmant ne ꝑ impatientiã picliteꝛ. Tunc qꝫ ꝓtribuꝫ lat capita draconũ in aquis: qñ tribuit dñs multiplicatiões gratiarũ his quibus detrahebat. Et ſubdit etiam ꝓpheta dicens. Tu ꝓfregiſti capita draconũ. De quibus in. ij. arti. ꝓcedentis ſermõis dictuꝫ eſt. Que ſic ꝓfringit qñ ſupdicta remedia ſua benignitate opere adimpleri ꝓcedit. Hec q̃dẽ ſũt defenſiua remedia ꝓtra oblocutores ꝛ detractores. quibus cum dei adiutorio ꝓtegi poterimus: ꝛ cum eis ꝓtra delatores imaculati tranſire. Quod nobis largiri dignet dñs noſter ieſus chriſtus contra oões oblocutores ꝛ detractores magnificꝫ ꝛ glorioſus tri

umphator. Qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat deus ⁊c.

Feria. vj. post terciam dñicaz in q̃dragesima de cõuersione samaritane. Expositio euangelij ꝑm mysticum sensum. Ser. xxxj

DA mihi bibere Joh. iiij. et in euangelio hodierno. Maria quippe et admirãda sapienta saluatoris: in hoc q̃ sepe animam ex amore querentem illuz et toto desiderio inardescentẽ ad eum fugere et obdurescere paret. Ac qñ aliam aiam vel eandem insectari videt. que suis inspiratoĩb⁹ ac vocationib⁹ quasi toto conamine ꝓtradicit. Videas Math. xv. q̃ mulier chananea affectione feruens. sollicitudine querens. clamoꝛib⁹ petens filiam. i. animam suam saluari deposcit Et nihilomin⁹ ihesus fugit obmutescit. ⁊ spreuit velud canem. ⁊ eam q̃dãmodo abhoꝛrere apparet. Et econtra hanc samaritanã isectari videt etiam suis inspirationib⁹ renitentez. Ait em̃ illi. Da mihi bibere. Ad literã. Quasi dicat. Fatigat⁹ sum ex itinere. quiesco lassus expectans. q̃ ad hunc fontez quisq̃z hauriturus accedat. tu me hic sedente primo mulier aduenisti. Sitio. Ꝛo da mihi bibere. Que salutis auidus dñs ihesus christus. fidem magis q̃z aquam bibere cupiebat. Et in hoc mystice designat q̃ talia nos derelinq̃re petit: quo ad pfectos: vt largiter dispẽsare quo ad alios vt per hoc possemus sua spũalia suscipere temporaliũ amore sublato. Felix mercatio christo dare nostra vicia et peccata: et eius accipere gratias ei virtutes. Felicioꝛ possidere celestia ꝓ terrenis. Felicissima christum possidere ꝓ nobis. Ad hunc finem samaritanam et q̃libet aiam dñs ducere concupiscit ideo subdit postulat dicendo Da mihi bibere. Triplicem amoris statum in anima sitiendo desiderat dominus ihesus christus: qui in serie presentis euangelij p ordinem mystice descriptus est. Primus est amoris incipientiz scds ẽ amoꝛ pficiẽtis: tercius est amoris pfecti. De quibus in pſona samaritane ꝓpheta i ps̃. xvj. ad dominum dicit. Probasti coꝛ meum ⁊ visitasti nocte. Ecce primũ. Igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas: ecce secũdũ. Ut non loquaꝛ os meũ opa hominũ: ecce tercium. Q̃ verbũ potest esse thema in euangelio occurrenti.

Articulus primus de amoꝛe incipienti et de triplici illuminatione eius.

PRimus est status amoris incipientis. Ũñ ꝓpheta ait. Probasti coꝛ meum ⁊ visitasti nocte. Triplici illuminatione fidei probando ⁊ visitando illuminat dominus noster ihesus christus noctez tenebrosam humani coꝛdis. Prima est christi incarnatio. secunda christi conuersatio. tercia christi ꝓsũmatio; que in serie euangelij mistice declarãtur.

Qꝛ lux fidei incarnati verbi humanum illuminat intellectuz

Capitulum. j.

PRima illuminatio est christi incarnatio: quia p suam incarnatiõem lux in tenebris lucet. De quo Joh. iiij. in euangelio hodierno mystice ait. Venit ihesus in ciuitatẽ samarie. i. in territoꝛio eius. que sez ciuitas samarie dicit sychar. Scõm ei Jerony. lib. j. hebraicarum questio. vicioſe eꝛoꝛ inoleuit vt legit sychar: dicit em̃ hebraice sychen. Juxta vo grecã et latinã consuetudinem sychima declinata est. ⁊ est nunc nõ sb dit metropolis samaritanoꝛum. Venit inq̃z iuxta prediũ quod dedit Jacob filio suo Joseph: Ge. xlviij. in fine. Et ꝑm Jerony. ⁊ alios doctoꝛes h̃ ꝓdiuz fuit tota ciuitas Mystice sychar interpretat humerus siue laboꝛ. ad hanc aũt ciuitatẽ venit ihesus qñ verbum caro factũ ẽ et habitauit in nobis. Tũc em̃ suppoſuit humerum suũ laboꝛibus miserie nostre. Prediũ ergo quod dedit Jacob Joseph filio suo est incarnatõis mysteriũ. qõ Jacob futurũ ꝓ nunciauit esse in christo in oi gr̃a ⁊ gloꝛia preoibus incõpabiliꝛ aucto. Joseph autẽ interp̃tat auctus. Erat aũt ibi fons Jacob et puteus. Ad literam aũt dictus est fons Jacob: tũ quia ipse foderat. tum quia fuerat dominus eius. longo em̃ tpe stetit circa sychen sicut colligit ex Ge. xxxiij. Nam dina facta est nubilis etatis que tamen vixerat triẽnis vel q̃driẽnis qñ Jacob venit in sychen sicut ex precedẽtibus q̃nq̃z capitlis colligit. Mystice ad puteum terrenoꝛum christus aduenit: cũ carne assumpta sustentãdi il'ã curam habuit: ꝓpter qõ sic. j. patebit aquã petijt vt meꝺ cus.

Qꝛ radiosa christi conuersatõ si fideli oculo consideret illuminat coꝛ humanũ. Capitulũ. ij

De conuersione samaritane

Secūda illuiatio illuminās cor hūanū est xpi puersatio. Quia ois eius actus et vbuz admirandum est lumē ad effundendū tenebras intellectus: iuxta illud ois xpi actio nra est instructio. Et de hac Joh. in mysteriū subdit dicēs Jesus igit fatigatus ex itinere. Quid em fuit tota xpi vita nisi via regalis pueniendi ad vitaz eternā: sicut ipe Joh. xiiij testat dicens. Ego suz via veritas et vita. Qstripliciter exponi pt Primo modo ego via nō errās. Naz de omibus q nō secuti sūt nec sequunt xpm prophetā ait. Errauerūt in solitudine inaquosa viam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt. Ego sum veritas nō fallens. vnde ps. Fidelis de in oibus verbis suis: et sctūs in oib opibus suis. Ego sum vita indeficiens. Proinde Lu. x. dr. Maria optimā partem elegit: que non auferet ab ea Scdo modo expoit sic. Ego via ducēs. vñ Prouerb. iiij. Ducaz te p semitas equitatis. Ego sū veritas lucens. vñ Abdalach. vlt. Oriet vobis timētib nomē meū sol iusticie: et sanitas in pēnis ei. Ego sū vita pascens. ego sū ostiū rē. Joh. x. Per me si qs introierit saluabit. et ingrediet. scz ad pemplationē mee diuinitatis: et egrediet. scz ad pemplationē mee hūanitat et pascua scz glie inueniet. vicz in vtroqz Tercio modo exponi pt Ego sum via in exemplo. vñ Joh. xiij. ipe ait Exēplū em dedivobvt qdmodū ego feci ita et vos faciat. Ego suz veritas in promisso. vñ ipe p prophetam ait. Que procedunt de labiis meis non faciam irrita. Ego sum vita in pmio. Unde aplus ad Ro. vj. Stipendia enim pcti mors: gratia autem dei vita eterna in cristo iesu domino nostro. Ecce q dominus iesus vt oīa nobis efficeret ex itinere sue pegrinationis fatigatus est.

Q p contēplationē passionis christi oculi nostre mentis illuminantur. Capitu. iij.

Tercia illuiatio q illuiat cor hūanuz est cristi pfūmatio scz p amorosissimā passionē crucis. Et de hac subdit Sedebat sic. i. simplr sup fontē. Ad litteram cōpassiue loquit. Ecce vox dñi sup aqs. Quesrōnales aucupaturus aduenerat in rhetibus verbi sui: in quibus vna prior capta et exceca ta iudex ad capiēdas alias fiat. Sed stulti vt conquerit dominus Jhere. ij. Me dereliqrt fontē aque viue scz q sum fons a q et nō aliūde aq viua emanat Mystice vo fons iste sup quā ascēdit dñs nr ihesus christus est sctā crux. Ipe em fons ē oim grāz q cūctis electis cōicāde sunt. Sicut pm mysteriū. Genesi. ij. dr. Fons ascendebat e terza irrigans vniuersam superficiē terre. Sup hūc fontē sedebat dñs q passione et morte sūma mētis tranquillitate posuit. nec a misterio vacat qd euāgelista cōmemorat dicens. Sedebat sic sup fontē. i. eleuatus et expansus in cruce: vt ostendat q talis modus expāsionis pueniētissim vtiq fuit ad oia ipetrāda a pietate pfna: ad oia diffundenda in electos filios charitate largiflua ad oia ad se trahēda virtute mirifica: ad oia amplectanda remissiōe plenaria et ad oia trāsfor manda vnione pacifica. Sup hūc igit fontez sedet q vult aquas mortuas mutare i vivas Ad qs oēs sitientes p vocem pphēticam iuitant. Cū. Esa. lv. ait Omēs sitiētes venite ad aquas: et qui habetis argēteū pperate et emite et comedite. Qto aūt caritati amore xpus p nra redēptōne sederit in cruce manifestat euāgelista dicēs. Hora erat quasi sexta. i. summo caritatis ac dilectionis ardore. et in summo estu passiōis et mortis. scz pro nobis se posuit filius dei christus.

Articulus. ij. de pficiēti amore in septē flāmis distinctis cum qbus a christo cor samaritane inflammatum est.

Secūdus est stat amoris pficientis aīa pdicti illuiatōib illustrata i desiderio dine dilectōnis excitat et igniculo qdāz qsi insensibili modo attrahit a mūdano amore dulcedinē dei. Vñ subdit Venit mulier de samaria. i. de regione samarie. Erat em de vrbe sychen sicut pz ex sequētibus haurire aquaz. Quid mulier significat nisi animā carnalem et sensualē que quodam modo paulatim ad spūalia sensualit trahit vt tandem omni carnalitate et sensualitate relicta pfecte in dinū amorē transformet et resoluat. Venit igit mlier qsi sitibūda auis hurire. scz hydria pcupie: aquā scz delectatōis humane nesci aia mea q hauritura es aquaz in gaudio de fontib saluatoris. Ja abijce sensualē delectationē et carnalē sensum. Talē animā christo miro artificio septē flammis seu ardoribus vulnerat et inflāmat et pficere facit ita vt in septimo ictu hydria pcupie orelicta moriat peccato et vita grē reuiuiscat christo. Et licet sex primis flāmis xpo aliquo modo resistat et paulatim semp in suo malo deficiat et in cristi bono pficiat ac pcedat tñ in pncipio quas-

si hostem alloquit cristus. tñ sic artificiose cõtra eã pugnat q illã oino expugñt: p has vicz septẽ amoꝛ flãmas. Prima est flãma amoꝛis sitiẽtis. scda est flãma amoꝛis largiẽtis. tercia amoꝛis desiderãtis. qrta amoꝛis euocantis. qnta amoꝛis reuelantis. sexta amoꝛis irradiantis. septima amoꝛis transformantis.

Prima flãma q̃ christus sitim z desiderñ ostendit anime peccatricis. Capitulũ. j.

Prima vo flãma est amoꝛis sitientis. Unde dicit ei ihesus. Da mihi bibere. Jam incipit sibulus aure tenuis. Preuenit em eam iesus vt cũ ppheta dicere possit. Psalmo. Psalmo eius pueniet me. Hy sitce aũt xps nõ mente sed coꝛpoꝛe fatigatus in cruce sitio pclamauit. Hũc aũt petit qa cõsensum mentis z opa mũda querit: atq; puta de suam gratiam repꝛomittit. Cristus igit pe tens obsequiũ experit coꝛ humanũ dicẽs Da mihi fili mi coꝛ tuũ. Sed euãgelista iterũ subdit. Discipuli aũt ei⁹ interim abierãt in ciuitatẽ vt cibos emerent. remãsit aũt iesus. Ad literã forte ppter coꝛpis lassitudinẽ. et etiã nõ sic erat condecens q ipe in persona ppꝛia cibos emeret. Samaritana aũt porum ei negauit: z q̃si emulũ et hostẽ iudeum dñm appellauit. Tñ subiungit. Dixit igit ei illa mulier samaritana: q̃si aspiciẽdo euz distoꝛte. Quõ tu iudeus cũ sis bibere a me poscis que suz mulier samaritana? Loquerat em iudeuz tam ex aliq̃ differentia lingue. q̃ ex christi habitu: q̃ etiã ex gestu z aspectu illi⁹. Non tñ loquit de eo edificata: sed pori⁹ ppter rẽ insolitaz admirata. Ideo addit. Non em coutuntur iudei samaritanis.

Quõ sub spe doni dñs aiam allicit atq; miro artificio ad se eam trahit. Capi. ij.

Secũda est flãma amoꝛis donantis Nã vt eam alliciat iaz aperit ei donuz suũ magnũ. Tñ subdit. Rñdit iesus scz nõ ad interrogata sed interꝛogãda et ait ei. Si scires donuz dei. Nec dicit q̃le dei donũ. sed absolute z gnãliter dei donũ. Et maxie ppt duo. Primo qz loquit de illo supmo dono. scz de spũsctõ qõ solũ simpliter et absolute dicẽdũ est donũ: respectu cui⁹ sunt nihil oia alia dona. et absq; ipso oia sunt inutilia vt dãnosa. Scõo qz nonduz vult mulieri se dare et explicare sed solũ ad aliqd valde arduũ mẽtẽ illi⁹ excitare et leuare: et b ad astruendus subdit. Et qs est qui dicit tibi Da mihi bibere. Per hũc qdẽ loqndi modũ ingeniose excitat eã ad eũ estimandũ aliquẽ magnũ vt potentẽ in donis dei: tu forte petisses ab eo Mõ em b dicit q̃si dubitãs an ipa petisset b si duo pdicta intellexisset: b triplici ex cã sic locutus ẽ. Primo ad ostẽdendũ libertatẽ arbitrij nri z ptingẽtia actuũ ei⁹. Scõo ad instruẽdũ in hmõi dubijs seu pfundis sobrie loq. Tercio ad forti⁹ affirmandũ qõ dicẽ intẽdebat. qz min⁹ dicẽdo sepe ampli⁹ significam⁹. Sepe ei p dubitatiuũ aduerbiũ forti⁹ intendim⁹ affirmare. Juxt qõ. j. ad Coꝛ. vij. oñdit. Puto q̃z ego spm dei habeã. Nec inqt. Puto q̃ dubitans: b potius cũ sobrioꝛi mõ loquẽdi intẽdit forti⁹ astruere. qõ ipse sup ibi premisso virginitatis pfilio hz plene sensum z spm dei. Et addit dñs dicens. Et dedisset tibi aquam viuam. sm em Augusti. Solum illa aqua dicitur vulgalit viua: q̃ de fonte egrediẽs non discontinuat a fonte. Proinde cisterna: is z piualis aq̃. vel aqua vasis vel lacus iam pꝛius sumpta õ fonte non dicit aq̃ viua. Et sumit hoc ab actu vite continue egredientis a coꝛde tanq̃ a fonte manante et quasi pꝛtinue scaturiente. Per talem em aquam gratia gratũ faciens designatur que sola sue coꝛig. n. id est spiritui sancto iuncta est. Hoc est donum dei: qõ nunq̃ sine spũsancto est: imo sine tota trinitate esse non potest. sed cuz aqua illi⁹ putei seu fontis hoc modo non esset viua si mulier intelligens extitisset: merito aduertere potuisset. q̃ christus loquebat de aliquo genere aque viue. Ipsa autem intellexit q̃ vel christus loquerek de aqua viua illius putei: aut de aliqua alia eiusdez generis longe ampli⁹ meliore: iam tñ incipiẽs delectari ex aq̃ scaturitione tota in sensibus sistit tota. ex naturali moꝛe atq; arte argumẽtum rñdẽdi cudit: nec displicent mlieri dulcia verba christi sed de aqua viua ne dare possz vndiq; cõglobatiz sibi ptraria argumenta occurrunt. Ideo dicit ei mulier. iam in reuerentiam eius transiens Pñe. Ecce tam eum dñm vocat. Nec in quo hauries habes. et puteus altus est. Vere hydriam cõcupiscentie non habebat ihesus. z puteus voraginis voluptatis altus. i. pꝛofundus: et longe erat ab eo. Unde igitur habes aquam viuam? Jam seculũ hoc nequam penitus illa caret. Nonne tu maioꝛ es pfe nro Jacob. sm Bedam vocat eũ patrẽ qz sb lege Moysi viuebat. Uz sm Chryſ. ppbas ñ acceptarent. z vrbẽ sychẽ quã iacob filio suo dederat: in singulare donũ ipi possidebant. qui

dedit nobis puteū. i. fodit ⁊ fecit. Et sic tādez eius bñficio ad nostrum vsū puenit: et ipe ex eo bibit. scz ꝓpter bonitatez ei⁹ ⁊ filij ei⁹ et pecora scilz ꝓpter affluentiā eius.

Artificioso modo trahit deus animam ad desiderium eternoꝝ Capitulum tercium.

Tercia est flāma amoris desideran-tis eo ꝙ ad noiatū ⁊ q̄dāmodo oñ-tum donū incendit desiderū eius Et ex hoc illam inflāmās. Respon dit iesus dicens. Dis qui biberit ex hac aqua sitiet iterū. Qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei non sitiet ineternū. ꝫ aqua quaz ego dabo ei fiet in eo fons aque saliētis in vitam eternam. Aduertendū est ꝙ tres ꝓprietates atq; notabiles naturas attribuit xp̄s huic aq̄ sue: que est idē ꝙ spiritus suus ⁊ gratia. Pri ma est sacietas. secūda est fontalitas: tercia ē potestas Prima est sacietas oēz sitim ⁊ cau-sam sitis excludens: quia non sitiet ineternū Quasi dicat. Non de puteo isto aut de alio fonte talis aqua haurienda est: ꝫ fonte ꝓce-dit eterno. infunditur nō haurit. supinato ñ in terram euerso bibit oze. Hec non potat in vase sed in eterno fonte quoniā apud deum fons vite est. Questio prima. Sed quo modo bibens hanc aquā. gratie nō sitiet inet nū: Dicendū ꝙ hoc pluribus modis verifica tur. Primo pro q̄to extinguit mortalē culpā ⁊ ꝓcupiscentiam terrenorū. Secūdo pro q̄to spe certa et infallibili q̄dāmodo iam bibat fu tura glia btoꝝ. Tercio vt sit sensus non sitiet ineternū. i. ꝓducet ad statum in quo sitire nō poterit. Quarto quasi dicat licet ad presens sitiat non tamen sitiat in eternū. Quinto aūt potest esse sensus. Qui aūt biberit ex hac aq̄. quam ego dabo ei. biberit inq̄ habunde ple ne. et vsq; ad summū scz sicut qui biberit in statu glorie: non sitiet ineternum. Qui autem bibentes hoc sitirent: nō est ex defectu aque. i. spūssancti sed potius ex modicitate bibendi. Questio secunda. Sed nūquit beati de siderant semper bibere dei suauitatem: et sic p ꝓsequens semp sitiunt. Ad hoc dicendum ꝙ sumit hic sitire ꝓut sonat defectum penalē Unde ꝓprie sitire est desiderium cum angu stia quadam: sicut etiam esurire. Sentit enim aia sui corpis internā exhaustionem et ꝓsum ptionē tanq; sibi penalez: ex hoc naturali im pulsu cogit vehemētissime inhyare ad extrin secum potum quez intra se non habet. Desi derū em̄ diuine glorie in beatis nō est ad rez absentē vel distantē: ꝫ potius ad rem intimā et in plena facultate fruendi ꝓ tota in futurū eternitate possessa. Hec puenit ex aliqua in teriori consumptōne: sed potius ex optimaz ꝙ vniformi dispositione. Et ideo nihil habet penale sed semper iocundissimā satietatem q̄ tñ sacietas fastidiū nō generat: et ideo semp i vniformi accensione amantis desiderium te net. Secūda ꝓprietas xp̄i aque est fontali tas scz radicalis. Unde subdit. sed aqua quā ego dabo fiet in eo fons aque. Nam deus in timaꝫ menti quā glorificat. et ita radicaꝫ in ip sa. ꝙ ad instar fontis quotidie scaturientis ꝙ in aia viget: et gloriā scaturisat in ea. et ꝓ eam gloria scaturisat et redundat in corpus Et de hoc rationem assignat ꝓpheta dicens. Quo niam apud te est fons vite: quia deus dat vi taz glie anime. et aia sua redundat in corpus Tercia aque ꝓprietas est potestas. Potē tissima em̄ et rapidissima seu agil ma est trans latio seu ascensio eius. scz ad vltimū terminū atq; finem in quo consistit summa quies seu possessio omnis boni ⁊ in ea repausatio ꝓfū mata. Unō subdit. Iaculantī. i. salire facientis in vitā eternam. Quasi dicat. Non fluuius nec riuulus qui ex natura semp ad inferiora loca labunt. Sup oēm em̄ intellectū vsum ra tionē et artem hec aqua suū ꝓuehit potatorē Sursum agunt dona xp̄i: que tanq; hamo pi scantis dei mentē attrahūt ad supna. Deniq; hec mulier christū totū liberalē attendens: tā postulat gratie donū. Unde subdens ad euz mulier dicit. Dñe da mihi hanc aquā vt nō si tiam ne veniam huc haurire. Iam oblita ē il lius aq̄ quā haurire venerat. Ad huc tamē ꝓ cozpe querit hanc aquā ꝓ breui tempore q̄ vi ctura erat: non ꝓ ipa eternitate quā necdum credebat. nec adhuc carnalis capiebat spūa lia dona. adhuc in ea erat seculi amoz ideo ad spūs libertatē cā intēdebat inducere i. sus ert stus. Apta tñ petitio cū ait. Dñe da mihi hāc aquā. Nescia tñ necessaria petit. Sed et tu aia mea pete a iesu tuo saluatori hāc aquā viuaz spūssancti: vt nō sitias voluptatū lutū et tuarū concupiscentiā haurire festina. Et addit cau-sam dicens. Ut nō sitiā nec veniā huc hauri re aquā. Ex verbis em̄ suis videt ꝫ mulier in tellexisse ꝙ christus ei ꝓmitteret quandā coz pozalem aquaz mirabil efficacie quo ad tria Primo q̄ ad satietatē. scō quo ad iocūditatē tercio quo ad ꝓpetuitatem ⁊ durabilitatem. Primo quo ad sacietatez. id est ꝙ haberet virtutem quo ad sitim et eius causam in eter num tollenduz. Scō q̄ ad iocūditatē. i. ꝙ

tantam sanitatē ⁊ agilitatē ac exaltationē da ret ac si esset fons semper in altum scaturiēs et saliens cum admirāda iocūditate. Scō quo ad ꝑpetuitatē ⁊ durabilitatē hoc ē q̄ tm̄ robur esset in ea q̄ vitam in eternū ꝑpetua ret: sicut forte in lege moysi audierat q̄ ī adā lignū fecisset. si de ligno vetito non gustassz

Quomodo excitat dō mentem ad spiritualiū cognitionem et ad veritatis confessionem.

Capitulum. iiij.

Q Uarta est flāma amoris euocantis Quia eni hec mulier nōdum intellexit christum loqui de aq̄ spūali cum ex modo dictis ab eo eum intellexisse deberet. ⁊ vtiq̄ intellexisset si virilem rationem ⁊ intelligētiā habuisset. Ideo euigilantiori flāma incendēs eam dixit ei iesus. Vade voca virum tuū. ⁊ veni huc. Quasi dicat Quia femineū ⁊ debilem intellectum ad me capiendū habes: fac q̄ vir tuus sit tecū. vbi ille tanq̄ virilis intellect⁹ capiat verba mea ⁊ tu tandem ꝑ eum ⁊ cum eo. igitur voca virū tuū. i. intellectū illuminatū ꝑm Augl. Hic ei vir est anime nr̄e quia porcio superior significatur ꝑ virum. Hoc autem dicit vt ipsa in eo aliq̄d insigne cognosceret: ⁊ quia plusq̄ hō ēet et homo supra hoiem ab ipsa cognoscerē ⁊ sic fidem prestaret dictis. Et veni huc. s. cum eo iam in veritate ꝑficiens. Rndit mulier. Nō habeo virum. Hanc ꝓfessionē exhrebat iesus anteq̄ sibi diuina bñficia largirē. Hystice autē iubet vocari virum suū: quia rectā intentionē ⁊ intellectū ad recte ⁊ sane intelligendū ⁊ desiderandū christi donū ꝑcipuum mime habet. ⁊ se non hr̄e fatet dicit. Nō habeo virū. s. ad sensum ꝓprie cecitatis miserie ⁊ impudentie. Rectus eni instinct⁹ ꝑscientie remordentis cogit mentē apud se ꝓfiteri se talem non habere virū.

Qm̄ra arte sapiētia dei trahit animā ad spiritualiū desiderium atq̄ sensum. Cap̄. v.

Q Uinta est flāma amoris reuelantis. Artificiose quidē semia ⁊ post grana dei verbi allitiēdo ad rhetē hanc aiam reuelat ⁊ iactat christus: ⁊ paulatim attrahit ⁊ finaliē in predam ducit. Proinde subiūgit. Dicit ei iesus. Bene dixisti. quia non habeo virū. Quinq̄ eni viros habuisti: ⁊ hunc quē habes non est: vir. Sui facinoris non bene ꝑscia antea cum audacia petiuit aquam: sed dīs eā paulatim ad sui cognitionē adduxit. Considera tamen quō christ⁹ sub rōnabilib⁹ occasiōib⁹ et absq̄ oi spē vanitatis oñdit se nosse totuz huius mulieris statum. s. ꝑteritū ⁊ ꝓsentē Nam reuelat hoc tanq̄ ex vna parte veritatem verbi sui approbās ⁊ cōmendās: ⁊ ex altera parte tanq̄ ingeniose rep̄hendēs ⁊ arguens. de ꝑsenti pcto adulteri sui. Reuelat insuper prius sibi de q̄nq̄ viris q̄ de adulterio suo: ⁊ maxime ꝑpter duo. Primo quia ante alij fuerāt eius viri q̄ iste esset su⁹ adulter. Scō quia prius noluit dicē id ne ipsa haberet horrorē: q̄ id qđ magnū pudorē sibi haberet incutere. Sicut cyrurgicus prudens qui ad inscissurā prepans carnē sanaz ꝑmo leniter palpat vt sic cum minori horrore infirmi carnē putridā repēte inscidat. nec tamen exprobrādo sed rememorādo dicit. q̄nq̄ viros habuisti: ⁊ hunc ꝑ hic antithesis est quem habes non est tu⁹ vir. Et iteruz ne indignet in ea veritatē cōmēdat dicēs. Hoc vere dixisti. Sed cur iesus sibi dixit de q̄nq̄ viris cū ad factū sui adulterij non spectaret Dicendū q̄ imo spectabat ꝑ q̄to vigebat ī maximā exaggerationē adulterij sui ⁊ maxime ꝑpter q̄nq̄. Primo rōne carnalitatis. secundo rōne maturitatis. tertio rōne satietatis q̄rto rōne honestatis: q̄nto rōne moralitatis.

Primo rōne carnalitatis. Haz habuisse eā ꝑ successionē q̄nq̄ viros signū erat assidue incōtinētie seu ꝓcupie. ex quo non solū eius adulteriū: sed et oē eius priugiū videbat ex nimia flāma ꝓcupie pueniss̄e. Scō rōne maturitatis: qz iam post q̄nq̄ viros habitos ꝑtinētioz ⁊ maturioz esse debebat Tertio ratione satietatis: qz in q̄nq̄ viris habiti satis debuerat esse sattata ꝓcupia sua Quarto rōne honestatis. Nam in sua iunioz etate adulteriū cauerat: potiꝰ q̄ adultos eligens viros. Proinde satis ei pudendū erat q̄ p⁹ tm̄ tpis in adulteriū incidisset Quinto ratione moralitatis. Nam valuit ꝺ moralit̄ ad apiendū carnal'ꝓcupie naturale vitiuz atq̄ malū: q̄ ex pluriū delectabiliū obiectoz ⁊ actuum submistratiōe non extinguit̄ nec minuit̄. q̄n potiꝰ accendit̄. ⁊ sic q̄ tandē ꝑsilit extra termios ⁊ sepes legis. Instar. s. ignis ex lignoz incēsiōe multiplici oia deuorantis. Jam samaritana suam iniq̄tatem cognoscens incipit magnificare iesum ꝑpt̄ ꝓphetie donū. Unde q̄si admiratiue dicit ei. mulier. Dñe vt video ꝓpheta es tu. Nec ex

auditis malis suis turbationem sed conuersionem accepit: iamq; incipiens vocare vix illum quem ꝓpheta vocauit de salubri questione ꝓpulsat. s. de loco oratiõis. Ideo subdit. Patres nostri. s. abraam ⁊ iacob in monte hoc adorauerũt quia. s. ibidez patriarche coluerunt deum. ⁊ vos dicitis quia hierosolymis locus est vbi adorare oportet. Scõm ℣o Orig. iste est mons garizym de quo habetur Deut. xxvij. Et idem sentit Hieron. in q̃dam epistola ad paulinũ dicens. Singuli quiq; credentiũ non locoꝝ diũsitatib⁹ sed fidei merito ponderant. ⁊ inde adoratores nec in hierosolymis nec in monte garizym adorant patrẽ. Et pauloante ait. Non hierosolymis fuisse sed hierosolymis bñ vixisse laudandũ est. Et. j. Et de hierosolymis et de britania equaliꝫ patet aula celesti. Regnum enĩ dei intra nos est.

Q Cum anima iam incipit experiri sensum spiritualiũ veritatum deus paulatim ei altius cõmunicat ⁊ revelat. Cap. vj.

Sexta est flãma amoris irradianti. Quia enĩ questio alta fuerat: altiori erat rñsione soluenda. Sed quia mulieris intelligẽtia ad hoc inualida erat ⁊ nõ poterat hoc qõ quesierat naturali ratione ostẽdi: ideo anteq; quesitũ enodet eam ad fidem inuitat. Vñ subditur. Et dixit ei ihesus. Crede mihi. s. qui sum via veritas ⁊ vita Jo. xiiij. Igiꝫ crede mihi. scilicet vie dirigẽti. Crede mihi. s. veritati illustranti. Crede mihi. s. vite ꝓsummãti. Monuerat enĩ dictum Esa. vij. Nisi credideritis non intelligetis. ad diuina fide opus. Aliter enĩ alta mysteria dei hũanus intellect⁹ vsurpare non potest. Et addit quia venit hora. id est. iminet hora: qñ nec in monte hoc. s. garizym nec hierosolymis adorabit⁹ pr̃em. s. deum qui pr̃ est oium. Vos adoratis qõ nescitis hoc dicebat. qz verũ deũ multis erroribus in trinsecis colebãt ⁊ adorabãt: qz forte nec de sua summa imẽsitate vel spũali intellectualitate. aut de eius p̃destinatiua charitate ac prouidentia iniustos: ⁊ de eternali punitione aut punitiua iusticia in reprobos ⁊ sic de multis alijs recte ⁊ catholice sentiebãt. Et de iudeorum ꝓpo subdit dicens. Nos adoramus qõ scimus. s. deũ verũ p legẽ ostensum. Loquitur ad cõitatẽ de scia que est p fidẽ rectã veram seu firmã: cuius inq̃tũ hõ deũ adorare et sciret p visionẽ aptam ⁊ clarã. Licet autez multi iudeoꝝ vt saducei ⁊ ꝓsimiles eẽnt tũc errantes. quia tamẽ cõmunitas ⁊ iudeorum ꝑncipalior pars adhuc recte colebat: ideo p illis loquit. Aut saltem ſm Aug. loquit. p se ⁊ sibi adherentib⁹: quales fuerũt apostoli ⁊ ꝓphete. Et additur. Quia salus. s. mundi. i. saluator ⁊ salus mũdi p eum fienda est ex iudeis. i. ex genere ⁊ pfessione ⁊ cultu iudeorum ventura est. Deniq; de vera adoratione ⁊ deo grata subdit dñs dicens. Sz venit hora. s. gratie ⁊ nũc est. qñ veri adoratores adorabũt patrem in spiritu ⁊ veritate. In quibus verbis triplicẽ respectuz habuit christ⁹. Primũ ad cultũ legis. scõm ad ꝓphetas diuinas. tertiũ ad actus mentis. Primo quia in ea erant sacrificia carnalia ⁊ multa localia ⁊ corpalia multum in lege pfecta. In localitate etiam samaritani errabãt sicut ex verbis mulieris patet. Ideo ꝓtra hoc dicit in spiritu. Scõo quia erãt in lege multa figuralia implicita ⁊ obscura seu ymbrosa. Ideo ꝓtra hoc dicit: ⁊ veritate. Ex his patet q̃ quasi dicere velit q̃ non in locis corpalibus nec sacrificijs carnalib⁹ adorabãt deus sed in spiritu. i. in veritate aut in corde spũali ⁊ spũalib⁹ sacrificijs ꝓtriti ⁊ deuoti cordis. Nec adorabũt eum in figuris ⁊ verbis nec in fide nimis implicita: sed in virtute explicita et aperta. Scõm respectũ habuit christus in hoc verbo ad ꝓsonas dinitatis. i. ad duas ꝓsonas dinitatis seu diuinas emanãtes a patre: ⁊ nos reducẽtes ad patrem tanq; hamo ducens piscem ad piscatorẽ. Quarũ prima est spiritus. scõa est verbum in quo est ꝑma ratio veritatis sumendo veritatem pro verissima expressione ⁊ adeq̃tione seu pro similitudine in nullo deficiente ab eo cuius est imago seu simlitudo. Sicut autem veritas verbi ducit nos ad suum fontem paternuz a quo exit: sic spiritus. scilicet veritatis ducit nos ad veritatem verbi a quo exit: ⁊ eoipso ad patrez. Et ideo primo dixit in spiritu postea ⁊ veritate. Tertium respectum habuit christus in hoc verbo ad actus mentis. scilicet quos exerceret in sua eterna adoratione. Quoꝝ primus est ꝑncipalior in affectu charitate. Et ideo dicit in spiritu. id est. in actu feruentis amoris seu in plena ꝓfectione voluntatis ad ipsum deum. Quia vt dicitur. j. Corinth. vj. Qui adheret deo vn⁹ spiritus est. Secundus actus est in fide ⁊ cognitione. Et ideo dicit. Et veritate. i. in illuiata rõne vt nunq; dubitet ipm sp facẽ qõ meli⁹ẽ

Sicut Jacl.ſ. dicit. Postulet ī fide nihil hesitans. Et de tali adoratiõe rationẽ assignat dñs dicẽs. Nam pater tales.ſ. veros ⁊ impmixtos adoratores querit qui adorẽt eum. Aliam quoq; rationẽ supaddit dicẽs. Spũs est deus: ⁊ eos qui adorãt eum in spũ ⁊ veritate oportet adorare. Quasi dicat. Ex to aliquid est deo simili⁹ tanto pfectius ⁊ sibi ppi quius ⁊ amabili⁹ est: sed deus est pur⁹ spũs igitur illa adoratio que spũalior est ⁊ spũalitati diuine veritati ⁊ pformior est pfectior et amabilior deo. Jam hec mulier sursum tendens in christũ noiat christũ. Unde subdit. Dixit ei mulier. Scio qz messyas venit q̃ dicitur christus.ſ. finis legis ⁊ pphetarũ. Sed vnde ℔ sciebat cum non esset iudea? Potest dici q ex multa vicinitate quã samaritani ad iudeos habebãt: ⁊ ex lege moysi quã samaritani habebãt multa poterat ad hoc audisse. vputa de aduentu magoz aperte querẽtium ⁊ dicentiũ. Ubi est q̃ natus est rex iudeoz. Et de tota familia christi p iohãnẽ baptistam ⁊ eius baptismũ inducta ⁊ sic ꝺ multis alijs. Tandem ſm Chryſ. mulier eoz q̃ dicta sunt altitudine fatigata obstupuit: ⁊ iõ remittit se ad messyã venturũ quẽ sperabat oẽs questiões dei cultus ⁊ oia ad dinũ cultũ spectantia plenissime declaraturũ. Jõ subdit. Cum ergo veniret ille nobis annũciabit omnia.

¶ Qz cum anima digne deo se parat illi christ⁹ miro modo eaz in se transformat. ¶ Capũ. vij.

Septima est flãma amoris trãsformantis. Et ꝺ hoc subdit. Dixit ei iesus eam in se totalit trãsformando. Ego suz q̃ loquor tecũ. O immensa dignio saluatoris: qui ad vni⁹ mulierculę meretricis se in noticiã dedit. Quid g̃ est homo quia innotuisti ei aut filius hois qñ reputas eum? Cõfundant ergo supbe ꝺ deo querẽtes ꝓcionãtes ⁊ disputãtes: qñ cũ simplicib⁹ est sermocinatio eius. Duo magnalia eidem se manifestat. Primo se dicit deũ. secundo se dicit hoiem. Deũ se dic cũ ait. Ego sum Jo. vij. Anteq̃ abraã fieret ego sum. ſ. fastigiũ celi. gaudiũ mũdi. ⁊ supliciũ inferni. Hoiem se dicit cum inqt qui loquor tecũ scz vt doctor vt veritas ⁊ vt vita. Ad heb. j. Locut⁹ est nobis in filio p quẽ fecit ⁊ secula. Sed quõ ⁊ se sic mulieri manifestat? Dicendum q non solum pie ⁊ salubr̃ sed etiã valde rõnabilr̃ quo ad dispositiões mẽtis illi⁹ p ipsam iam mãifestatas. Nam licet eẽt carne peccatrix. tamen multa bona in se habebat. Primo eni ad sanctos pr̃iarchas vel reuerens erat. Scõ quoq; erat sollicita ꝺ querenda ⁊ scienda veritate diuini cultus. Tertio in sup magnã fidem ⁊ spem in christũ vẽturum illam habere p sua expressa eloqa apparebat. ⁊ cum nullã haberet mẽtiẽdi occasionẽ satis cuidens est q̃ mente pura ⁊ simplici talia dixit. Cum igit ipsa iam credẽt sic ꝓpinquũ esse messye aduentũ ac speraret se et suos p illum pleni⁹ erudiri bene ꝓdecens fuit q ipse messyas hoc audiens se sibi clare et sine velamine reuelaret. Et sequit in textu. Et ꝓtinuo venerũt discipuli eius. ſ. cũ ethis emptis. Sed quõ iohãnes scripsit hoc si non fuit ꝑsens ⁊ audiuit eam? Dicendũ q fortespũssanct⁹ hoc docuit eũ vel forte quidaz discipuloz remãserũt cum iesu ⁊ hoc esse potuit q illi fuerũt petrus iacobus ⁊ iohãnes Signanter autẽ dicit. Et ꝓtinuo venerũt discipuli eius. Ad insinuandũ mirũ ⁊ occultũ ordinẽ ꝓuidentie dei: quia ante christi circa fidem mulieris finalẽ intentũ nec morosius post hoc intentũ discipuli redierũt. Non eni expediebat eos amplius stare. maxie ꝓpter duo. Primo quia mulier christi verbo audito pfecte in eum credit: sicut patet ex seqntibus. Scõ quia reuerẽtialis ⁊ admiratiu⁹ stupor quo in auditu verbi christi fuit vehementer attonita ⁊ stupefacta simul ⁊ exhylarata ⁊ inflãmata extitit in suo ꝓmordio seu nouitate fortioz q̃ ſm cõmunẽ vsuz seu cursum esset post diuturnã horam. Feruor aũt sui stuporis eam festinatiorẽ reddidit ad gẽtem suam incitandam vt crederent ⁊ venirent ad christum. Additur ꝺo in textu. Et mirabant quia cũ muliere loquebat. Scõz ꝺo Chryſosto. mirabant christi humilitatez scilicet q ipse tam sapiens ⁊ tam perspicuus mulieri inopi ⁊ samaritane sic dignaret loqui. Et ſm Aug̃l. bonũ mirabant non malum suspicabant. vel mirabant de re valde insolita christo. Sed nunquid indecens fuit christum cum muliere sola sic stare ⁊ loqui? Dicendũ q non solum nihil fuit ſm exteriorem speciem indecens: verumetiã omni decentia fuit plenum si ꝑsiderent octo. Primo ꝑsiderato loco qui erat publicus ꝓ aqua hauriendo puersus. Secundo ꝑsiderato tẽpore. scilicet hora clara meridiei ⁊ ante ctbũ sumptũ. Tertio ꝑsiderata cã aduẽt⁹ ipsi⁹ mulier̃.ſ. p aq̃ hauriẽda. Quarto ꝑsiderata ei⁹ etate q̃ post q̃nq; viros iam habitos: ꝓsesu-

mitur fuisse grãdeua. Quinto ꝓsiderata ꝑsona christi. Sexto ꝓsiderato aduentu christi ad puteũ. Septimo ꝓsiderata celeris reditꝰ expectatiõe discipulorꝫ. Octauo cõsiderata materia verborꝫ christi cum muliere. Proinde subdit. Nemo tamen dixit qd queri aut quid loqueris cum muliere ꝛ hoc ppt reuerentiam ꝑm Chryſ. Et quia ad eos non ptinebat. qõ autem alibi ꝓsidentꝫ cum interrogabant: in cã erat quia ad se ptinẽtia ab eo q̃rebant. Ecce q̃ vere dicere poterat mulier ꝺ christo. Igne me examinasti. ſ. septẽ flammis et non est inuenta i me iniq̃tas. i. ꝓtradictio infidelis.

Articulus. iij. de q̃druplici amore qui in varijs varius repertus est.

Tertius est status amoris ꝓfecti q̃ vt in serie sacri euãgelij eluceſcat fuisse in mysterio samaritane q̃tuor amores ibi ꝓsiderem⁹. Primo in samaritana fuit amor ardens. ſcõ in christo fuit amor cõburens: tertio in aplis fuit amor incendens: q̃rto in samaritanis fuit amor bulliens seu feruens. Primꝰ fuit q̃si flãma. ſcõs quasi ignis. tertius q̃si faces mũdũ incendẽtes: q̃rtus q̃si aq̃ feruẽs. Quia aque multe populi vt dicit Apoc. xvij.

De ardenti amore anime iaz ꝓfecte que mũdanorꝫ oblita annunciat regnũ dei. Cap. j.

Secũdo hec suauissima esca est delectabilis voluntati: quia ꝓficit i bono. nã p eã fidei meritũ auget. spei fiducia subleuat̃ et caritatis deuotio inflãmat̃. Fides. Primo eñ p ℔ sacramentũ fidei meritũ augmentat̃: dũ scz creditq humana rõ nullaten⁹ capit. ideo sicut supdictũ est velatũ dat̃ sub accidentib⁹. ibo Gre⁹ ait. Fides nõ habet meritũ. cui rõ hũana pbet experimentũ. Insup. xxiij. q. j. ca. non turbat̃ Ambrosi⁹ ait Licet humana mens nequeat plene rõnis inuestigatõe cõprehendere: fidei tñ plenitudo cõplectit̃. Fides eñ i ℔ sacramẽto ipos sensus et sensibilia vincit dum mat asserit ⁊ oñdit visus in ℔ sacro solũ eẽ panẽ materialẽ. Silr ad ipz clamãt asserit et ostẽdũt oia accidentia visibilia: qõ facit tactus et tangibilia. Idẽ auditus et audibilia. gustus et gustibilia: olfactus et olfactibilia: ℔ aũt oia sensus scz cz sensibilia luia sunt intellect⁹ nostri: quibus in mũdo isto sensibili et videre et illuiari habet. naturaliter aũt fidei lumẽ oia lumina intantũ obfuscat atq obtenebrat q sola virtus sacramẽti pura et integra sit in corde credentis. ita vt nihil falsitatis aut inpictatis in illud ingerere seu impingere possit. Spes. Secũdo p ℔ sacramentũ spei fiducia subleuat̃. dũ eñ ꝑ ℔ deo pri offert ihesum qui in cruce p nobis oblatus est: nullo mõdo diffidere habet homo de aliquo non exaudiri ab eo. vnde cum pñ. potest dicere. Domine deus virtutũ exaudi oratione meam. auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice deus: et respice in faciẽ xpi tui. Charitas. Tercio xo per hoc sacramentũ caritatis deuotio inflãmat̃. Sicut eñ ad ignis presentiam fugatur frigus: sic etiaz i anima dignez spiritualiter ꝓparata ad presentiam corporis cristi expellitur torpor mentis. cõtemplando et mentis oculis conspiciendo dñm suũ i cruce pro sua dilectõne tam aspera insup et etiã mortẽ sustinuisse. Proinde de con. di. ij. cap. iterat̃ Aug⁹. ait i fine. Semp scz in hoc sacramento mors christi p vita seculi est posteris nunciada. vt discãt qua caritate dilexit sunos qui pro eis mori dignatus est cui omnes vicem debemus rependere caritas. quia ad

hoc nos prior dilexit cum essemus gehenne filij. vt diligeremus eū a morte iam liberati.

Nota q̄ tripliciter acquiritur memoria cristi passi p̄ nobis

Qui velit igit̄ p̄ hoc sacramentū inflāmari. fm Bonaueñ. in. iiij. di. xij. necesse habet ad ipsum puerti t dirigi tanq̄ ad memoriale dñice passionis. Tripliciter em̄ acquirim⁹ memoriam x̄pi passi. Primo in scripto. secūdo in verbo. tercio in sacramento. Primo quidem in scripto. vt q̄ū x̄pi passio calamo conscribit: et hoc est memoriale quasi mortuum. et habet ferri ad visum que apprehendit magis a longinquo. Secundo in verbo vtpote cum aliquis verbotenus narrat x̄pi passionem. et illud ptim est viuū et partim est mortuum. Viuū in corde bonor̄ p̄dicatorum: t mortuum in corde tepidor̄ atq̄ malor̄. vel viuū in corde et cogitatōne: nō viuum in voce. et hoc est audientium. Auditus aūt non ita bene apprehendit de longinquo. Tercio in sacramēto ē memoriale cum ip̄m corpus x̄pi signatur et ptinetur i specie panis et sanguis sub specie vini. et hoc est memoriale viuū: q̄ ip̄e cristus ibi seip̄m prebet offerens nobis illud suū corpus quod p̄ nobis occisum fuit: et sanguinē qui p̄ nobis fuit effusus in crucis ara. et hoc quidem ad gustum est qui de ppinquo apprehendit. vt iam non quasi speculatione: sed q̄dam experientia passionis eius memores sumus. Si igit̄ accendit affectum nostrum. passio descripta et amplius frequenter predicata: multomagis inflāmare et afficere debet in h̄ sacramento expressa et hoc absq̄ dubitatione facit si quis sensum hunc et illum puertat ad hoc sacramentū. Ille igit̄ est qui ex hoc sacramento efficatiam reportat. qui se cōvertit. Ille siquidem missam audit nō qui tantū verba dicit et audit sine deuotione. sed q̄ ad hoc memoriale totam mentis intentionē puertit. h̄ ille. Idem etiam dicit q̄ caro x̄pi ē sicut carbo ignitus. sed carbonis ignitj est expellere frigus et incendere calorez. ergo hoc sacramentum reprimit motus frigidos culpe. et incendit motus viuos gratie: ergo delet et auget. Quomodo aūt per hoc sacramē tum augeant̄ virtutes. Est igit̄ ad hoc notādum fm Alexan. in quarto q̄ ex hoc sacramēto augentur virtutes: nec ex hoc sequitur q̄ contingat peruenire ad summū gradum virtutis in via ex frequenti huj⁹ sacramenti sūptiōe, licet ex eo virtutes augeant̄, quia hoc sacramentū datur in robur in medicinā et in remedium: magis fit hec augmentatio ad robur ne succumbat temptatione aduersitatis et in remediū ne succumbat tēptatiōe voluptatis. et in medicinā q̄tum ad curationem venialiū potius q̄ q̄tum ad augmentum et crescentiam virtutum. Unde q̄tum ad tria augentur virtutes hoc sanctissimo sacramēto. Primo q̄tum ad roborandum p̄tra temptationes aduersitatis. vnde dicitur. Panis cōfirmat cor hominis. Secundo q̄tum ad efficatiam efficiendi animam sobriam contra i centiua voluptatis. vnde glosa sup illō Mar. xiiij. Accepit iesus panem inquit. Ebrietas felix. salutaris satietas. que q̄to copiosius sumit. tanto sobrietatem mentibus donare dignetur. Tercio q̄tum ad curationem venialium. Unde Gregor⁹ in omelia paschali. dedit nobis hoc sacramentum salutis. vt q̄ nos quotidie peccamus et anima iam non mori potest per istud sacramentum remissionem peccatorum consequamur. h̄ ille.

De triplici fructu p̄fecto quez consequuntur digne suscipientes. Ca. iij.

Tercio hec sanctissima esca est delectabilis voluntati: quia perficit in optimo. Tres em̄ optimi fructus ex digna frequentatione huius sacramenti in anima generantur. Primus est illuminatio rationalis. secundus est corroboratio irascibilis. tercius est delectatio concupiscibilis. Unde Innocentius de officio misse in parte tercia. c. vlt. ait. Per huj⁹ sacramenti virtutem vniuerse virtutes augeant̄. et omniū virtutū fructus exuberat. Primus q̄ fructus illuminatio dei dr: q̄ p illud humanus intellectus illuminatur. ideo ad hanc sacram cōmūnionē hortabatur p̄pheta dicēs. ps. xxxiij. Accedite ad eum et illuminamini. et facies vestre non confundent̄. Huius illuminationis mystica figura precessit in Jonatha filio saul. Qui vt̄ dicit̄. j. Reg. ix. Extendens sūmitatem virgule quam habebat in manu intinxit in fauū mellis. et conuertens manū suam ad os suum illuminati sunt oculi eius. In ministerium quod ex frequenti sumptione deuota huius sacramenti perficiunt̄ mētales oculi in lumine veritatis. Sicut Joh. j. dicitur. Gratia et veritas. id est gratiosus veritatis lumen: et lucida lux per Jesum x̄pum scz in hoc sacramento facta est. vt dicit̄ Eccli. xv. Libauit illum pane vite et intellectus ⁊c.

Secūdus ꝛo fructus est corroboratio. qz p illud sacramentū irascibilis corroborat. hic si quidem ille panis est de q̄ ꝓpheta ait. Panis ꝓfiſet cor hois ꝓuide Cañ. vij ōr. Hanc surgamus ad vineas. videam⁹ si floruit vinea. si flores fructꝰ pturiūt. Glō. Non est intuendū si vinea floret ꝑ si flores ad ptū ꝓualescūt: qz si nō est mirū si q̄s inchoat. ꝑ valde mirabile est si in intentōne bona et ope bono perseverat huiꝰ fructꝰ figura mystica p̄cessit. iij. Reg. xix in helya. de q̄ dicit ibidē q̄ cū sub vmbra Juniperi obdormisset: angelꝰ dñi tetigit illum et dixit illi. Surge ꝛ comede. Respexit helyas. ꝛ ecce ad caput suū subcinericiꝰ panis ꝛ vas aque. Comedit igit et bibit: et ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus ꝛ. xl. noctibus vsq̄ ad montem dei Oreb. Sub vmbra quidē Juniperi dormit: q̄ in fide dñice passionis requiescit. Hic aūt angelico patrocinio excitatus ad deuotā sumptionē huiꝰ sacramenti illud comedit: et augmentū grē bibit. vnde firmiter pseuerās ambulat. xl. diebus et. xl. noctibus. per uirtuosa itinera in prosperis et in aduersis: vsq̄ ad montē dei oreb. i. vsq̄ ad gl̄iam dei sempiternā. Et qz hoc sacramētū mentē roborat ad virtuosa opa exercēda. Judic. xiiij. ꝓpter. Per fauū mellis q̄ de ore leonis est egressus extitit figuratū. Tercius fructus delectatio seu inflāmatio dictus est quia volūtas seu ꝛcupiscibilis inflāmat et inebriatur ex deuota sumptione huiꝰ sacramēti. vñ mystice figurat fm Damasc. p carbonē q̄ tacta sunt labia Ysaie ꝓphete a seraphin: qz seraphico mysterio incendunt. per hoc sacramentū duo labia mētalis affectionis. vnum supius ad x̄pi diuinitatē aliud inferius ad cristi humanitatē. Et de hac duplici affectōe mētali acquirenda in h̄ sacramēto Ysaī. xix prophetauit Jacob dicens. Aser pinguis panis eius et p̄bebit delitias regib⁹. In q̄ quidē ꝓphetia ꝓphetando tria de hoc sacramento p̄nūciat. Primo a q̄ det. scōo quid dat. tercio quibus dat. ¶ Primo a quo det qui est Aser qui interpretat atrū vel diuitie vl beatitudo Aser em̄ signat x̄pm. qui vel atrium patēs est in large se donando tā bonis q̄ malis licet nō eodē ieffectu. diuitie et his qui illuz suscipiūt cum profectu. Beatitudo. i. arta felicitat. et ne est his qui cum deuotōe pfecta suscipiunt eum. ¶ Secundo ꝓnunciat q̄d det vnde sb̄dit. Pinguis est panis eius. Quid em̄ p pinguedinē nisi deuotionis dulcedo exprimitur hanc dulcedinē seu pinguedinē h̄ sacramentum mentibus feruentibus prestat. Sicut in persona talium p̄s. ait. xij. Impinguasti in oleo sc̄z ardēntis deuotionis caput meum et mentem meā: et calix meus. i. qui p ꝺdignaz prepatōez factus est meus. q̄ p̄clarus est: id est delectabilis intellectui atq̄ affectui. sc̄z dū in vtraq̄ x̄pi natura intelligendo experimentaliter gusto dulcedinem diuine benignitatis. Hanc quidez gustauerat qui ait. Q̄ magna multitudo dulcedinis tue dñe. quā abscondisti sc̄z sub accidentibus in h̄ sacramento timentibus te. Et iterū futura p̄nunciat dum p̄terita narrat dicēs. Panem angelorꝫ manducauit homo: cibaria misit eis in habūdātia. Inuit sup Sap̄. xvj. dicit. Angelorū esca nutriuisti pplm tuū: et patum panem de celo prestitisti eis sine labore oīne delectamentū in se habentem. et oīnis saporis suauitatē. Ideo meritofigurabat p illud mysticū māna q̄ Exo. xvj. Pluit dñs patribus in deserto. quod oīs saporis pferebat suauitatē. ¶ Tercio p̄nunciauit Jacob q̄bus dat ad sūme pfectam delectationē habendam. Ideo subdit. Et prebebit delicias regibus. rex em̄ in regno anime est amorosus affectus qui deum diligit toto corde. i. sup oīa sibi exteriora. tota ania. i. sup̄ oīa interiora h̄ est sup̄ corp⁹ suū. et tota mente. i. sup omnia suptora. hoc est sup̄p̄am aiaz. Hi sunt quibus dñs ait Luc. vij. Regnū dei intra vos est. h̄moī regibus in talibus r̄gnis prebet delitias hoc sanctissimū sacramentuz sicut p experientiam h̄moī regalibus mentib⁹ patet qui id sapiūt ad rem nō tm̄ ad vocez. propter hec omnia. qz sc̄z hoc venerabile sacramentum est impinguatiuū dilectōis Luc. xv figuratum fuit p vitulum saginatū. Aduertēdum est tamen fm Alexandē. de talis q̄ h̄ sacramentū non semp habet efficatias suptas in ist̄is. nam quandoq̄ iustus accedit ad hoc sacramentum ita tepide et indeuote. atq̄ sine debita reuerentia et timore. et cuz tanta animi distractione q̄ nullum cōmodū ab eo reportat licet nō incurrat mortalem culpam cōmunicando requiritur igit q̄ iustus ad h̄ q̄ sacramentum in eo efficatiaz habeat. ita q̄ ex eo cōmodum reportet. q̄ se ꝓparet considerando ad quid accedit. vt cum deuotione et reuerentia accedat. vnde Glosa super illud. j Corint. xj. Non dijudicans corpus dominī. Per hoc em̄ q̄ dicit deuote et cum timore accedendum est ad cōmunionem. quia dominus est cuius caro sumitur: vt gratias videamur reddere redemptori. vt igitur non impediatur efficatia huius sacramenti. debet accedens cibum istum ab alijs discernere actu fidei. deinde seipsum purgare et examinare deinde cum deuotione et reuerentia illud as

sumere hec ille.

¶ Efficacissimum argumentum dominici sacramenti.

EX omnibus supradictis in presenti sermone claresce potest fidelissimū et efficacissimum argumentuz q̄ sc̄z hoc venerabile sacramentuz sit sanctissimū corpus christi atq̄ verissimum. Nam impossibile est q̄ ex summe falso et ex summe impossibili virtualiter simul ⁊ experimentaliter trahi posset profundissima fundatio et sanctissimi celebratio diuini cultꝰ et summa excitatio fidei. ac summa captiuatio ac subiugatio intellectus nostri ad supernale lumen inaccessibile ipius dei. nec nō et summa excitatio et inflammatio dulcoratioꝛ refectio atq̄ diuini amoris inebriatio. sed ab initio christi vsq̄ ad tempora nostra ineffabili atq̄ vniuersali experimento probatum est ac continuo experimento probatur ex hꝫ sacramentali opere predicta subsequi et elici in ecclesia dei: ergo impossibile est quin in ipso sit summa virtuosissima atq̄ diuinissima virtus et veritas imensa. hoc quidem sic argumento argumentoꝛum certissimum sensuuz luminum et gustuum huius ineffabilis manifestatis virtutis et veritatis. que certo experimento continet in seipsa. ꝓpter quod fidelis ipsa possidens seu potius ab ipsa possessa nō potest de hac veritate aliqualiter dubitare. Audisti igit̄ ⁊ audisti quomodo hoc sanctissimū sacramentuz coꝛporis christi est reformatiuum memorie nostre. quia est memoriale et etiam testamentuz amoris. Est etiam reformatiuum intelligentie. quia est admirabile in velamentū stupoꝛis. Est et reformatiuum voluntatis. quia est delectabile in alimentū dulcoꝛis. Quam reformationez ꝑ hoc sacrosanctissimū sacramentum ꝑficiat in nobis miserabilibus peccatoꝛibus ipse amoroſus Ihesus qui panis est vite reformatoꝛ anime et largitoꝛ glorie sempiterne. Qui cuz patre et sancto spiritu non accidentibus obuelatus pariterq̄ vel obumbratus sed i omnibus superglorioſus facie ad faciem reuelatus viuit et regnat glorioſus triumphatoꝛ per cuncta seculoꝛum secula. Amen.

¶ In cena domini infra dies de triplici varia sumptione qua taz mali q̄ boni assumunt coꝛpus christi.

¶ Sermo. lv.

Nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Jo. vj. Juxta veridicam doctoꝛum sanctoꝛū sententiam duo sunt in sacratissimo sacramento altaris sc̄z sacramentum. et virtus sacramenti. Sacramentum ꝯo fm Augustinum consistit in verbis et speciebus visibilibꝰ panis sc̄z et vini. ⁊ in visibili carne et sanguine Jesu christi. Virtus autem sacramenti est salutio a damnatione eterne mortis. Hanc q̄dem virtutem sacramenti crediderūt ⁊ quodāmodo gustauerunt. atq̄ experti sunt omnes saluati et iusti ab origine mundi. atq̄ q̄ti die gustant. quicunq̄ veri christiani sūt. Sacramentum ꝯo altaris. i. visibilem speciē panis et vini cum carne et sanguine christi soli christiani manducant: et hoc tam boni q̄ mali licet dissimili modo et fructu. Naz mali mā ducant sacramentum. i. coꝛpus christi sub visibili specie panis. sed non manducāt sacramēti virtutē. spūalē sc̄z ipam aie salutem et vitam que sine fine est. Boni autem mādu cant vtruncq̄ simul sc̄z sacramentum et virtutem sacramenti. Ex his claresce potest fm Alexandzum de halis in quarto. q̄ triplex ē modus sumendi hoc sanctissimum sacramētum. Primo modo tantum sacramentaliter secundo tantum spiritualiter. tercio vtroq̄ modo sc̄z sacramentaliter et etiam spirituali ter. Primo modo manducant omnes praui christiani. secundo modo saluandi. tercio soli veri christiani. Primi manducant ⁊ nō mā ducant. secundi ꝯo non manducant et tamē manducant. tercij ꝯo manducant et manducantur a christo. Cum illo concoꝛdat Scotus in quarto dist. viij. in fine. et distin. xvj. Sed tamen principaliter de tercijs loquitur christus in verbo preallegato dicens. Nisi manducaueritis carnē filij hois vtis:

¶ Articulus primus de triplici genere hominum male sumentium coꝛpus christi.

PRimus autem modus manducādi hoc sacramentū. est illud sumere sacramentaliter tantū. fm quē modum manducant mali xp̄iani. eo q̄ ꝫ sacratissimum sacramentum i mortali culpa oꝛe polluto sumentes coꝛdis affe-

tum ad influentiā virtutis et bonitatis eius peccatis suis imundis et duris q̄si luto latere obstruūt: hi quidē manducant et nō manducāt: qz ipi corp⁹ sumūt sacramētal'r tm̄. z tm̄ non manducant. qz ei⁹ virtutē spūalē scz ani me sue salutē ex h̄ non pcipiunt. fm̄ em̄ Bonauen. in. iiij. di. ix. Manducare sacramēta liter h̄ sacramentuz. est manducare h̄ sacramentum et vt sacramētū. Quoniā em̄ manducare sacramental'r est dispositio atq; actus manducādi. Et ideo ad h̄ q̄ actus sacramentalis sit: necesse est q̄ respiciat ipm̄ sacramentum vt sacramentū. Proinde etiā fm̄ Scotū in. iiij. di. viij. ptingere pōt q̄ aliquis recipit h̄ sacramentū et non sacramentaliter nec spiritual'r. vtpote si hō recipit hostiam ꝓsecratā qz ibi est vere sacramentū: ꝑ nō recipit eaz vt ꝓsecratā. sed oino nō discernendo eam a cōi cibo. Tm̄ aplꝰ. j. Cor. xi. Judiciū sibi māducat et bibit. nō dijudicans corpus dñi: id est nō discernens illud a cōibus cibis. Quod cō tingere potest vl' ex infidelitate: sicut si ptingeret pagano q̄ ei cōmunio tribueret: vl' ex cōtemptu stante fide: sicut in peruerso xp̄iano contingere potest. fm̄ aūt Radulphū ad mā ducandū sacramentū sacramētaliter quatuor requiruntur. Primo existentia cibi. qz nisi prius conficiatur nō potest sacramentaliter sumi. Scōo conuenientia cibi naturalis ad ipm̄ sumentē. quia talis cibus solū homini est concessus. Tercio x̄o intētio sumendi: quia si ignoranter et vt cibus accipiat nō est tunc sacramētaliter sumptus. Quarto fides scz in seipō: vt sic intendat aliquid sumere in quo credit latere aliquod spūale in altero. vt sic intendat sumere in q̄ estimat alios credere. Est em̄ in hmōi peccatoribus et indigne sumentibus vera caro vel sanguis xp̄i videlicet p̄sentialis essentia: non tamen salubri efficatia. vñ de con. di. ij. c. qui discordat. Aug⁹. inquit. Qui discordat a xp̄o non manducat carnē eius nec bibit sanguinē eius. et sic tante rei sacramentū q̄tidie sibi ad iudicium accipit. h̄ ille. discordat a xp̄o qui cordis affectuz ab eo auertens: ad pctm̄ se conuertit. O infelix anima cui tam inestimabile bonū accedit. et tm̄ nullū inde spūale lucrū accipit. Contingit em̄ de q̄libet indigne aut indiscrete z indeuote sumēte h̄ sacramentū. quēadmodū ꝺ eo q̄ imprudēter appropinq̄t igni. Nam q̄ tpe hyemis lōge ab eo distat frigefcit: q̄ x̄o indiscrete approximat cōburit et nocet ei. Tria q̄dem sūt genera pctōr̄ q̄ h̄ mō sacramētal'r sumūt h̄ sacramētū. Primi sūt maliuoli. scōi sūt dolosi. tercij sunt p̄su mptuosi. Primi sunt maliuoli q̄ corpus dñicū sumūt in volūtate peccādi: Scōi sunt sil'atores et hypocrite q̄ for' apparentes iusti: intus sūt pctis et malicijs pleni. Tercij x̄o sūt illi q̄ cū manifesti sunt mali: nō timentes iudiciū dei nec scandalū proximi hoc sacramentū sumere p̄sumūt.

De triplici malo qđ incurrūt qui voluntate peccandi sumunt corpus christi. Ca. j.

Primi q̄ ad h̄ sacramentū p̄sumūt accedere sūt maliuoli q̄ sicut dictū est sumūt sacramentū cū volūtate peccandi. De talibus dicit Esa. xxix. Appropinq̄t pp̄ls iste ore suo et labijs suis honorificat me. cor aūt eor longe est a me Approquat siquidem ore et labijs suis glorificat deum p̄ sacramenti susceptionē: sed cor eor lōge est a deo p̄ peccādi intentionē. Tales aūt ex h̄ tria mala cōsequunt. Primū est a deo separatio. vnde Sap̄. j. dicit Peruerse cogitatione sepant a deo. Et licet sacramental'r xp̄s videat talibus appropinquare. tm̄ sicut ait ꝓpheta. Longe a pctōribus salus. Scōm malum est peccator̄ aggrauatio. Tales em̄ sūt ex tali cōtione crudeles et seui. Jdeo dñs ait. Math. xv. Nō est bonū sumē panē filior̄: et dare canibus. i. maliuolis. Et item de p̄se. di. ij. c. ix. q̄tidie Aug⁹. ait. Dñites volūtarē peccandi: grauari magis dico eucharistie p̄cepti one q̄ purgari. Et in. c. et sctā. c. di. idem ait. Et sctā malis p̄sit obesse. Bonis sūt ad salutē malis ad iudiciū. Et sequit. nō qz res mala ē ꝺ qz malus male accipit qđ bonū est: Nō em̄ mala fuit buccella q̄ Jude data est a dño. salutē medicus dedit. ꝺ qz ille fuit indignus ad pernitiem suam accepit. Circa hanc tamen buccellam notandum est. q̄ buccella illa non fuit corpus christi. Naz christus corpus suū Jude cum alijs discipulis primo dedit. buccella demum intincta in signum proditionis eius. ei postrecta purus extitit panis. Sicut patz ex glosa Joh. xiij. super illud. Cui intinctum panē porrexerit ad pniciez. tm̄ fm̄ Augustinū illaz assumpsit qz quod cristus ad salutem suam fecerat porrigendo ei buccellaz panis vt desisteret a ꝓposito suo malo. Ille intelligens se deprehensū magis ad pnitiem exasperatus est. Hec fm̄ Thomam in quarto. Tercium maluz est augmentatio dānationis eine. Joh. j. Cor. xi. Quicūq; manducauerit panem hunc vel biberit calicem

dñi indigne reus erit corpis et sanguis dñi. i ac si xp̃m occiderit puniet vnde Remigius in glo. sup illud Matth. xxvj. Ve illi p quē filius hois tradet inquit. Ve tradentibus cristum ad crucifigendum: sed ve cum maligna conscientia sub sacramento sumentibus illū Et si non tradant iudeis ad crucifigendū tradunt cū tamen membris inimici ad sumendum ip̃m. Et iterum de con. di. ij. quid ē. Augustin. ait. Qui accipit indigne sacramentum acquirit magnū tormentū. Et in .c. sic Judas idē ait iudas cui buccellā tradidit xp̃s ñ malū accipiendo: sed male accipiendo locū prebuit diabolo. Queri aūt potest quare xp̃s dedit corpus suum sanctissimū iude: quē iā nō nouerat pditorē. Ad hoc Alexand. de halis respondet in. iiij. di. q hoc fecit multiplici ratione. Quarum quedā sumpte sunt ex pte diuine sapientie quedā ex pte diuine misericordie et quedaz ex parte diuine iusticie. Primo ex parte diuine sapientie ratio fuit hoim duplex instructio. Prima hoim vt inimici benefacerent iuxta illud Matth. v. Benefacite his q oderūt vos. Dñs em̃ cibans pditorem suū, ppria sua carne: membra instruxit q deberent benefacere inimicis suis. Itē secūdo vt huius sacramēti ministros in b̃ q non negauit corpus suū Jude qui erat graui peccato irretitus instrueret: q pctōrib⁹ idē pferre deberent. Si aūt liceat cum pctōribus dispensare lacius dictū ē i quadragesimali tpe de xp̃iana religione sermone. lvj. ar. ij. c. vlt.

Secūdo ex pte diuine misēdie subuētio fuit. Et b̃ ẽxtuz ad duo. Quoz primū est a malo reuocatio Bene em̃ debuit miser ille ex cōsideratōne dñice bonitatis q maxime apparuit in b̃ q tradidit illi corpus suum a malo suo reuocari: et p̃ter virtute tanti sacramēti meliozari. ℞ infelix pctōr auxit peccatū: vñ debuit sibi auxisse meritū. vñ Crisost. ait sup Matthe. Nō ei prigit q̃niam cū tali mente ad misteria accessit: t quoniā nec timore nec beneficio nec ab honore. tñ accessisset factus ē potior a timore dico cōminationis. q exp̃imit. Matth. xxvj. cū dñs ait. Ve hoi illi p quē filius hominis tradetur a beneficio collatōis sacramenti ab honore pformis d spensatōis. Adagnū em̃ honorē exhibuit illi dñs. dispensando ei sacramentū cū alijs aplis. vnde Matth xxvj. ait. Cenātibus illis accepit iesus panē t benedixit atq fregit deditq discipulis suis: q nemine excepto dicit absolute. Tercio ex parte diuine iusticie. Ro fuit euidentia diuine iusticie ẽxtū ad duo. Primū est argumē tum culpe scōm dānatio pene. Ex q em̃ tanto bñficio noluit a pcepta malicia reuocare: iusto dei iudicio punitus ē lapsu gr̃uioris culpe scz desperatōis. Jux. illō Apoc. vlt. Qui in sordib⁹ est: sordescat adhuc. vt aūt ait glo. ad Rō. j. c. Strictissimo dei iudicio fit vt peccatis peccata puniant. Preterea ex ingratitudine tanta: euidētioz est diuina iusticia in eodem punitōne. Hec ille.

De hypocritis silatis q hoc sacramētū p̃sumūt accipe t quō tripliciter peccant.

Secūdi aūt qui ad b̃ sacramentū p̃ sumunt accedere indigni: sūt dolosi et silati hypocrite. De q̃b⁹ ait apls. ij. ad Thimo. iij. In nouissimis diebus instabunt tpa piculosa. et erunt hoies seipos amātes. cupidi elati ꝛc̄. Et seq̃t habētes q̃dē spēm pietatis. Glo. j. religiōis eo q eadē sacramēta habēt cū pijs: virtutez aūt scz pietatis. i. caritatē abnegantes. i. plurima mala occulte patrātes. t tū ad cooptimē tū hypocrisis sue cōicare p̃sumūt. Tales etiā tria mala incurrūt. Primo pditionē. scō cōfusionē. tercio xo dānationē. Primo incurrūt pditionē. q talis efficit xp̃i pditor sic iudas. Jō et puenit xbū qō Joh. xiij. dñs de iuda ait. Qui māducat mecū: leuabit contra me calcaneū suū. Qui māducat panē meum nō vt peniteat b̃ vt lateat ille me ꝓculcabit. i. tradet. Ex q̃ ptz q q̃ vult in pctis latere sb̃ pulcra facie religionis t cōicari. assimilabit iude traditori. q osculo tradidit filiū dei. Scō tales incurrūt pfusionē. Sicut dr Eccl. j. cōmixtione. Non sis incredibilis timoris dñi. et ne accesseris duplo corde. ne fueris hypocrita i conspectu hominum: et non scandaliseris in labijs tuis. attē de i ill'ne forte cadas et adducas anime tue inhonorationē. et reuelet deus abscondita tua. et in medio synagoge alli dat te: quoniam accessisti indigne seu maligne ad dominum scz ficte cōmunicādo. t cor tuum plenum est dolor fallatia. Tercio tales incurrunt dampnationem hinc Leuitic. septimo dicitur. Anima polluti scz hypocrisis ꝑm glosam interlinearem que ederit de carnibus hostie pacificorum que oblata est domino. peribit de populis suis. id est ejicietur de saluandis ad damnationem eterne mortis. Sicut. j. questione. j. c. multi circa finem dicit. Polluimus itaq panem. i. corpus xp̃i q̃ndo indigne accedimus ad altare: et sordi-

di mundū sanguinē bibimus.

De homibus sceleratis q̄ cōicare p̄sumūt. et quō tripliciter a deo puniunt.

Tercij ꝺo qui indigne sumūt ħ sacramentū sūt p̄sumptuosi. i. scelerati. De quib⁹ ꝺr de con. di. ij. ca. q̄ scelerate. Ubi Isidorus ait. Qui sceleratevi uūt in ecclia: et cōicare nō desinūt putātes se tali cōiōne mūdari discāt nihil ad emūdationē p̄ficere sibi. Dicente ꝓpheta Jeremie. xj. Quid est quod dilectus meus fecit in domo mea scelera mlta. nunq̄d carnes sc̄ē auferēt a te malicias tuas. ħ ille. De ħ ptz exemplum in sole q̄ sanis oculis delectabilis et vtilis est egris ꝺo pniciosus. sicut em̄ dñs in innocentie statu ad esum ligni vite ꝓcessit. et in statu culpe ꝓhibuit: sic nobis cum p̄ pniaz ad statum innocentie reducti sumus. ꝓcedit̄ sumere corpus x̄pi. et i statu offense sumere ꝓhibemur Dicente dño Math̄. vij. Nolite sc̄m dare canibus. i. imūdis et sceleratis pctōrib⁹. O ingratitudo oi nequitia plena. nōne ingratissimus putaret̄ q̄ haberet dñm a q̄ cūcta q̄ haberet accepisset bona. et ip̄m a morte et a suspendio multis suis laborib⁹ liberasset. et tñ ip̄m dñm in imundissimū stabulū inimici sui pditiose locaret. vt crudeliter necaret̄. Longe maiori ingratitudine plen⁹ est q̄ in morta li culpa sumit dñicū sacramentū. Ideo p̄ ꝓphetā dñs lamentabil̄r ait. Posuerū aduersum me mala p̄ bonis: et odiū p̄ dilectōe mea Et itez. Cōculcaueřt me inimici mei tota die qm̄ mlti bellātes aduersum me. Ulñ Ambro. Ille x̄pm ꝓculcat: q̄ libere peccat absq̄ timore et pnia. et qui eo idigne ꝑticipat Et itez idē ait. Qui indigne x̄pm sumit: idē est si interficiat. Aug⁹. cū inquit. O temerariuz cōcz ne pharium est: cruentis manibus intemerate virginis tractare filium. Quis auditus sustinet auriū? quis oculus non confundiur ad ntuitum? que mens non rapitur in excessuz vbi p̄cium mundi mittitur in sterquilinū Non em̄ minus est detestabile in os pollutū cū in lutum mittere dei filium. vnde tria mala veniūt talibus sceleratis ꝓpter indignā cōmunionem. Primo mala spiritualia. secūdo mala corpozalia. tercio mala tempozalia Mala spiritualia primo quidem plectuntur malis spiritualibus. Unde Jheronimus in Omelia inquit. Sicut corpozalis cibus cum ventrem inuenit aduersis humozibus occupatum amplius ledit et nullum auxiliuz pre stat ita et iste spiritualis cibus si aliquem reperit malignitate pollutum magis eum perdet. non sua natura sed accipientis malicia. Uto em̄ se quis amplius tradit delectationibus mūdi. et hoc sacramentum p̄sumit accipere: tantomagis ei spiritualem nauseaz parit. Ideo Jeremie. xxxj. dicit̄. Homo q̄ comederit vuam acerbam mozietur et obstupescent dentes eius. Quod exponens Gregozius ait. Quid est vua acerba nisi peccatum? vua quippe acerua est fructus ante tempus. Quisquis em̄ p̄sentis vite delectationibus desiderat satiari. quasi fructum ante tempus comedere festinat. Sed qui talē vuā acerbam comedit non tantum per culpā mozitur verumetiam obstupescent dentes eius Quia qui p̄sentis vite vel mundi delectationibus pascit̄ intantū sensus eius ligant̄. vt nec spiritualia sapere queāt. Hoc quidē Numeri. xiij. mystice figuratum est ꝺ populo israel qui in egypto carnibus cum aleo et cepe saturatus fuerat ōmumq̄ in deserto talia cōcupiscens panem celi. i. celeste manna omni suauitate plenum cuz nausea respuebant: vt verificet̄ quod apostolus ait. j. Coz. ij. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Mala cozpozalia secūdo quidem plectūtur malis cozpozalibus ideoq̄ sepius veniunt infirmitates uarie. pestes graues et hominū strages: ac serpentes. ac seue bestie. vnde. j. Coz. xj. apl's ait. Qui em̄ māducat et bibit nō dibit ídigne. iudiciū sibi mādūcat et bibit nō diiudicans cozpus domini. ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dozmiunt multi. q̄ si nosmetipsos dīudicaremus: non vtiq̄ iudicaremur: dum iudicamur a domino cozripimur: vt non cum hoc mundo damnemur Et iterū capitulo. x. ait de antiquis patribus loquens. Omnes eandem escam spiritualē manducauerunt: et omnes eundez potū spiritualem biberunt. Bibebāt aūt de spirituali ꝓsequente eos petra. Petra aūt erat x̄pus sed non in pluribus coz beneplacitum ē ꝺo nam p̄strati sunt in deserto. Hec aut̄ in figura facta sunt nostri: vt non simul concupiscentes maloz sicut et illi concupierunt. Et sequitur. Hec omnia in figura contingebant illis scp̄ta sunt aūt ad cozreptōez nr̄ām. in q̄s fines sc̄li deuenerūt. Mala tpalia tercio q̄ plectunt malis tpalib⁹ sic em̄ antic̄tus filijs isra el grauissima culpa erat. et grauissimaz maledictionum ac punitionuz causa q̄ a se deū p ydolatriam piecerunt. Ac p̄inde iudeis q̄ christum non receperunt: sic nunc x̄pianis

maximū scelus est et maloꝝ causa flagellozū qꝝ xp̄m filiū dei in hoc sacramento tā indigne suscipiūt. Proīde Gzegꝝ. sup Lu. xix. ait Cre ato: oīm q incarnationis sue mysteriū iudeā visitare dignatus est. ꝫ qz nō cognouit tps visitatōis sue. ideo gentibus frequēter in p̄dā data nouissime romanis tradita est et venerūt sup eā oīa genera maledictionū q̄ in lib le gū scripta sunt. Similr his q̄ grām dei ingrate suscipiūt dicendū. est. Si quis eñ irritaꝝ faciens legē moysi sine vlla miseratione moꝛiē ꝫto deteriozibus et grauioꝛibꝰ supplicijs plecti merek. qui filiū dei ꝓculcauerit. et sanguinē testamenti pollutū duxerit. ꝓpter hoc nē pe sepe euenit sterilitas terre. carestia atqꝝ tēpozaliū rerꝝ penuria. p̄dationes. guerre sarracomani ciuitatū terraꝝ vndiqꝝ patriaꝝ. Eñ de talibus ꝓpheta ait ps̄. lxviij. Effunde. id est effundes sup eos irā tuam. scz sicut effundit aq̄ feruens supra depilandos porcos. et furoꝛ ire tue cōprehendat eos. fia t habitatio eoꝝ deserta. scz p grauissimā pestem. et in tabernaculis. i. in domibꝰ eoꝝ non sit q̄ inhabitet. scz ꝓpter p̄cialitates et guerras. Et de p̄dictis rationē assignās subdit. Quēm quez ꝛu scz deꝰ p̄cussisti ꝓsecuti sunt. Deꝰ eñ ꝓpk scelera nr̄a purgāda p̄cussit in passione filiū suum sicut ipemet Esa. liij. ait. Propter scelus ꝓpli mei p̄cussi eū. Sed cū sceleratis criminibꝰ cōmunicātes eū ꝓsequunt. iuda traditoꝛe deteriozes effecti. eo q sicut ille tradidit illum ꝓsequentibus iudeis: sic isti tradūt eū infernalibꝰ dyabolis. eo q illū ponāt in loco sub ptāte dyaboli constituto. Ideo Augꝰ. ait. Magis peccant qui tradūt xp̄m p̄tōzibus mēbris. ꝫ qui tradiderūt eū crucifixoꝛibus iudeis.

Articulꝰ scōs de modo spūaliter manducandi hoc sanctissimū sacramentum.

Secūdꝰ ē manducādi modꝰ illō sumere spūalr tm̄. t ꝫ loq̄ndo largo mō oēs ab initio mūdi atqꝝ saluati t saluēdi manducauerūt t mādu cant. ꝓpꝛie tn̄ fm Scotū in. iiij. dist. viij. q. vl ti. ꝫ accidit q̄n hō iustꝰ iuꝝ posse suū bn̄ t ꝫuo te patus est suscipe coꝛpꝰ xp̄i. t tn̄ ꝓpter reuerentiā abstinet aut ꝓpter aliqꝝ infirmitatē. vl qz nō ꝑt habere ministꝝ. huic aūt hmōi ꝓuenit q̄ de con. di. ij. c. vt q̄d. Augus. ait. Crede et manducasti: et talis spūalr ꝫ cibo nutrit. fm aūt Landulphū in. iiij. xp̄s ꝫ sacramentum tantū sacramentalr sed non rem sacramenti sicut et sacramentū bāptismi sumpsit. et hoc in exemplum fecit. Scō eñ Alexan. de halis in. iiij. ad perfectam manducationē spiritualem sicut et coꝛporalē quatuoꝛ requirūt. Primo masticatio. scōo refectio. tercio assimulatio. q̄rto incoꝛporatio. Primo eñ masticatio cōsistit in discreta ꝓsideratōne siue deliberatione illius q̄ sumendū est in cibū scz ēctū bñficiū ēc viuificatiuū vtiqꝝ coꝛpꝰ xp̄i: q̄ fuit pro nobis expositū in p̄cio ad remediū scz in cruce t in altari in cibū. Exponit scz ad viuificādū. scz in vita gratie vñ Joh. vj. Nisi manducaueritis carnē filij hom̄is. et biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitam in vobis. t ad nutriendū vitam eternā Joh. vj. Qui manducat meam carnē et bibit meum sanguinez habet vitam eternam. Secundo sequitur ad predicta delectatio siue delectationis refectio: ex consideratōe bonitatis et p̄ciositatis eius q̄ sumitur quod est panis de celo ō̄scēdens. vñ dicit Saō. xvj. Panem de celo p̄stitisti eis sine laboꝛe. omne delectamentū in se habentē. Tercio sequit assimilatio. hec aūt duo scz consideratio t delectatio fiūt ꝓ fidem. De consideratione ptz. de delectatōne et refectione habet ab Augꝰ. qui ait. q in cognitione est tota delectatio Juxta illud Johan. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te deum verum: et quē misisti Jesum christū Si eñ quis diligit aliquem non ꝓpter hoc delectat in ipso. sed si bona illius videt tantū delectatur. Similiter per fidez est assimilatio Joh. eñ. j. dicit. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius.

Quarto sequitur incoꝛporatio. que ꝓpꝛie vnio denominatur t hoc fit per amoꝛem: qui est copula amātis cuz amato. Ad spiritualez igit mādducationē requirit consideratio fidei et affectio ipsius amoꝛis. Hmōi eñ non mādducando manducant. Sicut de talibus Ambrosius ait. Non manducans manducat et manducans non manducat: quia scz nō mādducans sacramentaliter aliqñ manducat spiritualiter. et econuerso vnde Eccl̄s. vj. dicit. Est et aliud malū quod vidi sub sole: et q̄dez frequens apud homines. Vir cui dedit deꝰ diuitias et substantiam et honoꝛem. et nihil deest anime eius ex omnibus que desiderat nec tribuit ei potestatem deus vt comedat ex eo: sed homo extraneus. i. simplex vetulavorabit illu. i. affectuose et ardēter comedit spiritualiter hoc sanctissimum sacramentū. Circa hanc spūalem manducationē. t circa oēs spiritualiter manducātes, ꝛria ꝓsiderāda sūt

De varia sūptione corpo. christi

Primo gradus. scdo gustus tercio fructus.

De triplici genere hoīm q̄ spiritualiter sacramentū hoc manducant. Ca. j.

PRimo ꝑsiderand⁹ est spūal'r manducantiū gradus q̄ tres dici ꝓfit. Primus incipientiū scdus ꝓficientiū. terci⁹ ꝓfector. In cui⁹ mysteriuz Math. xiiij. Cū xp̄s satiauit turbā q̄nq; panib⁹ z duobus piscib⁹ 'oz. q̄ māducantiū fuerunt q̄nq; milia viroz exceptis mlierib⁹ et puulis. In puulis incipiētes: in mlierib⁹ ꝓficiētes. in viris aūt ꝓfecti significant. Ratio aūt largo mō loquendi q̄re tales spiritualr̄ sacramentum manducāt est: qz incipiētes māducāt rōne fidei saluatoris. ꝓficiētes xo rōne bone ꝑsatōis. ꝓfecti xo rōne boni meditatōis. Haz fm Aug⁹. et Hugo. In oi meritoria actione corpis xp̄i spūalis māducatio ē: in q̄ quilibet fidelis ac deuotus in xp̄o incorpar. et tāto alti⁹ q̄to actio altior est z melior: qđ nō fieri nō p̄t sine fide et caritate. Primo incipiētes spūalr̄ māducāt rōne fidei saluatoris: Sicut Habacuc. ij. z ad Heb. x. scriptū ē. Just⁹ aūt me⁹ ex fide viuit. scz tanq̄ ex cibo spūali. Et itez Aug⁹ ait. Crede z māducasti. Credere ei in deū est credēdo ire in eū: credēdo eū amare. credendo eī adherere. et credēdo ei⁹ mēbris incorpari. Hā ad hoc q̄ fides ꝓfecte tendat in deū requirit adiūctio caritatis: q̄ ordinat ad amorē dei. Est eī ista ꝑma dra ad operationē boni. et sic ē scda dra ēcio ad ꝓpssionē mali. z sic ē tercia dra ad dilectōnē ꝓxi. et sic ē q̄rta. hoc fm Bonaueñ. in. q̄rto. et de con. di. ij. c vt qđ. Aug⁹. ait. Crede et māducasti. Credere eī in eū. hoc ē panē viuū māducare qui credit in eū manducat eū. Et idē in. ca. crede ait Qui credit māducat et inuisibilr̄ saginat: ꝑpzie etiā fm Tho. in. iiij. dist. q. Hō quicūq; manducat xp̄m spūalr̄. māducat hoc sacramētū spūalr̄. Māducat eī spūalr̄ xp̄m q̄ fidez z caritatē ad ip̄m hz sine ordine ad hoc sacramētuz non tū manducat talis spūalr̄ hoc sacramētū: hoc solū ille q̄ habet fidē et caritatez ad xp̄m cū deuotōe ex ꝓposito sumēdi hoc sacramētuz z si sacramētaliter nō māducet. Et sic sane intelligēda sunt q̄ de hac materia subsequūtur vñ fm Alexan. de hal. in. iiij. scti prēs veteri testamēti hoc sacramentū spūalr̄ nō manducauerūt. Hā et si habuerūt fidē ipi⁹ sacramēti īstituendi a xp̄o et tradēdi ad māducandū. tñ qz nō extitit ꝓsecratū. et ꝓsecratio ei⁹ precedit comestionē nō comederūt. plus eī requirit ad manducationē q̄z fides ex pte ei⁹ qui debz manducare. scz et institutio sacramēti et consecratio. q̄ tpe illo nōdū erāt. Hec ille Secūdo viri ꝓficiētes māducāt rōne ꝑsatōnis Et de talib⁹ ait dns Joh. iiij. Ego cibum habeo māducare quē vos nescitis. Et subditur Cibus me⁹ est vt faciam voluntatē ptis mei q̄ misit me vt ꝓficiā opus ei⁹. hic siquidē cib⁹ bone ꝑsatōis ꝓsistit in tribus ferculis. q̄ sūt tres virtutes. Prima ē innocētia. scda ē penitētia. tercia ē misericōdia. Prima est innocētia Unde ppheta in ꝑsona innocētis ait Ps. x. Percussus sum vt fenū et aruit coz meū: qz oblit⁹ sū comedere panē meū. scz innocētie: qz scz delectabā in pane malicie. Proinde ō con. di. ij. c. panē. Aug⁹. ait. Panē spūalr̄ de altari māducare est: innocētiā ad altare portare. Seducare est: innocētiā ad altare portare. Surgite postq̄z sederitis: qui māducatis panē dolozis scz ꝑ pctis tuis. Et de Thobia mystice scriptū est. Māducauit panē cū luctu et trescripsit cū luctu et tremore: memorans illū sermonē quez dixerat dns ꝑ Amos ꝓphetā. Dies festi. i. gaudij in pctis. ꝑuertā in luctū z lamētationē. vñ ps ait. Quia cinerē tanq̄ panē manducabā. scz pnie. Tercia ē misericōdia. vñ Prouerb. xi. Bispnie. Tercia ē misericōdia. vñ Prouerb. xi. Benefacit aie sue vir misericors. qz dū paup corpaliter ab eo reficit. ipe mītomagis a deo pascit et reficit spūaliter. sicut Apoc. iij. ꝓmittit dicēs. Ego sto ad ostiū et pulso. si q̄s audierit vocē meā z aperuerit mihi ianuaz introibo ad illū et cenabo cū illo et ipe mecum. Tercio viri ꝓfecti spūalr̄ manducāt. rōne deuote meditatōis et ꝓtēplatōnis. ꝓtemplant eī q̄ sic de⁹ dilexit mundū vt filiū suū daret vnigenitū. vt 'oz Joh. iij. Hā ꝓtemplant q̄ de⁹ dedit illū nobis. Primo in fratrez et amicū. scz in incarnatōe q̄n verbū caro factū ē z habitauit in nobis Joh. j. Scdo dedit in pctū sicut i passiōe dñi. vñ ad Rō. viij. 'oz. Proꝓrio filio suo nō pepcit. hoc ꝓ nob oib⁹ tradidit illū. Tercio dat illū nobis quotidie in cibū sicut in ēcta cōione. vñ 'oz. j. Cor. xj. q̄ accepit Jhesus panē et gratias agēs fregit et dixit. Accipite et manducate hoc est corpus meū qđ ꝓ vob tradet hoc facite scz alijs dispēsando: in meā cōmemorationē. Hec et his similia meditando et contemplando tales ꝓfecti per ardorē desideriū anhelantes ad sacram cōmunionē hoc sacramentum māducant et miraculose quandoq; recipiunt hoc sacramentum. sicut exemplo patere p̄t. Legit eī q̄ cū Hugo de scto victo. doctor excellētissim⁹ vltia laborarz infirmitate corp⁹ dñi instanter pecijt sibi dari

sed cū nullū cibū retinere posset fratres eius turbationē timētes: simplicem illi hostiā obtulerunt quod ipse per spiritū recognoscens ait. Misereat vestri frēs cur me deludē vultis. Iste eñ quē mihi portastis nō ē dñs meus. At illi attoniti corp⁹ dñi mox attulerūt. Sed ille videns se nō posse illud accipe eleuatis in celū manibus sic orauit. Ascendat fili⁹ ad patrē: et spūs ad eū qui fecit illū ⁊ inf ħ ẋba emissit spm̄. et corp⁹ dñi inde disparuit.

Q tria concurrere debent ad hoc ꝙ sacramentum spiritualiter manducetur. Ca. ij.

Secūdo ꝓsiderandus ē spūal⁹ manducantiū modus. Tria eñ ꝓcurrunt in delectabili comestione corporali. Primū est esuritio. secūdū masticatio. terciū est delectatio. Sic similiter in hac spūali comestione. Primo debem⁹ crisium spūaliter esurire: ipm̄ cibum nostruz in intimo cordis desiderando. Scdo debemus ipm̄ masticare: magna discretione cogitationis discutiendo. Tercio debemus in eo delectari. eū in intima cordis dulcedine diligēdo. Esuritio. Primo inq̄z debemus xp̄m esurire ipm̄ spūaliter et ardenter desiderādo talis eñ esuries quedam de eo cibatio est: q̄ etiā maiorē esuriē parit. Sicut Eccli. xxiij. ipe testat dicens. qui edūt me adhuc esuriēt et qui bibunt me adhuc sitient. Ideo Greg. ait. In spūalibus delitijs saturitas appetitū parit: quia q̄to magis corde sapor ꝓcipit: eo amplius cognoscit quod auidius amet. Vñ Jeron. sup Luc. ait. Biberūt ex eo oēs scz antiqui patres. Ebrietas felix: sacietas salutaris. que quāto copiosius sumit: tāto sumētibus sobrietatē donare dignatur. vel esuritio est humilitas mētis. sicut beata maria inquit dicens. Esurientes impleuit bonis ⁊c.

Masticatio. Secudo debem⁹ xp̄m spiritualiter manducare ei⁹ beneficia. scz incarnationē ꝓuersationē. et eius salutiferam passionē deuote ruminādo: sicut ipse nos docuit Johan. vj. dicens. Qui manducat meā carnez et bibit meū sanguinē in me manet et ego in eo. Hoc quidem manducare ē spūaliter masticare. teste Aug⁹ dicente. hoc ptinet ad virtutem sacramenti nō ad visibile sacramentū qui scz manducat intus non foris: q̄z q̄ manducat premit dente nō mente Et hoc ē quod apls. j. Cor. x. vigilanter ait de iustis antiqs loquens. Omnes eandē escam spūalem manducauerunt. et omnes eundē potum spūalē biberunt. Manducatio ptinet ad masticatōnē affectus. potatio ẋo ad discretionē intellectus. Et de con. di. ij. c. inquit. Aug⁹ ait. inquit apls. Omnes eandē escam spūalez māducauerunt. spiritualem vtiq̄z: non aūt eandem corpalem. ħ aliam. quia illi manna celeste manducauerunt. nos aūt aliud. et oñes eundē potum biberūt spiritualem: aliud illi⁹ aliud nos. ħ specie visibili quod tamen idem est veritate spūali. Et idē in. c. j. ait. vnde itelligendū est ꝑm Tho. ibi s. q⁹ antiq̄ patres nō māducauerūt spūaliter hoc sacramentuz q̄a nondū erat eis institutū. nec cōsecratio ꝓcesserat eos. Manducauerunt tamē spiritualiter xp̄m. sicut apls s. ait. Item Bonauen. in iij. dist. ix. ait. q⁹ spūalis masticatio est ꝓprie recogitatio cibi scz carnis xp̄i ꝓ nobis exposite in preciū ad redimendū. et in cibum ad reficiendū. Incorpatio aūt attendit dū recogitans caritatis amore ei qui cogitatur iungit̄ et sic incorpat reficit et magis assimilat. Ad ħ aūt q⁹ quis spiritualiter manducet requiritur cogitatio fidei. et affectio caritatis. In p̄mo sicut dictū est ptinet masticatio. in secundo ẋo incorpatio. ħ Bonauen. Predicta aūt duo potuerūt habere multi patres veteris testamenti circa ħ sacramentū. intelligētes figuras hui⁹ sacrameti. sicut fuit māna: pascalis agnus et sic de alijs. Et saluo meliori iudicio potuerūt hoc sacramentū spūal⁹ manducare hoc modo p̄dicto. Delectatio. Tercio debemus in xp̄o eū spūaliter manducando delectari seu incorpari: et interna dulcedine inebriari. Sicut Esa. lv. dicit dñs. Audite audientes me ⁊ comedite bonū: ⁊ delectabit̄ incrassitudine anima vestra et feriā vobiscū pactū sempiternum: miscōias dauid fidelis que fuerūt inenarrabiles dulcedines et suauitates. quas de xp̄o venturo exptus est. ꝓ inde illas gustauerat qñ ad illas omnes aia bat dicens. Gustate et videte quoniam suauis est dñs. beatus vir scz iam in spe q̄ sperat in eo. ħāc quoq̄z dulcedinē gustauerat spōsa que Cañ. iij. ait. Mel et lac sub lingua eius id est dulcedo inenarrabilis in meditatione amorosi cordis eius. Hec siquidē suauitas ⁊ dulcedo celestis quedā pregustatio est ac tante virtutis. vt mūdi dulcedinē reddat insipidam. Quod aūt mundi dulcedinē reddat insipidam attestat Aug⁹ cū ait. Gustato spū de sipit omnis caro. Q⁹ mundi amaritudinem faciat sapidaz: mystice. iij. Reg. ij. ostendit̄ i Helyzeo qui misit sal in amaras aquas: et in dulcedinem ꝓuerse sunt. Sic xp̄s dulcore et

sapore spūali: sanat et extinguit amaritudies mūdi. ꝓ hō enī bto Stephano lapides torrētes dulces fuerūt. et beato Laurētio atq; mītis alijs sanctis. ardētes prune candentes teste lorice ignee vise sūt tanq; suaues rose. vñ Actu. v. Ibant apli gaudentes a ꝓspectu ꝓsilij quoniā digni habiti sūt ꝓ nomine Jesu cō tumeliam pati.

De triplici fructu spiritualiter manducantiū hoc sanctissimum sacramentum. Ca. iij.

Tercio ꝙsiderādus ē spūalr mā-ducantium fructus qui triplex est Primus est pcōz remissio. secundus ab eterna morte saluatio. tercius ē salutis eterne pticipatio. Primus iq; fructus est pcōz remissio. t hoc nos docuit petē dñs ab eterno patre cū ait Luc. xj. Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. i. spūalē cibum: qui eñ manducāt spūaliter virtutē corpis et sanguinis xpi: eū dicunt spūaliť sumere t manducare. qz ipam corpis xpi effi catiā ḡtidie sumūt. et remissionē oīm pcōzuz suscipiūt. Et ad hanc cōmunionē spūalem sumendaz in quolibet die festo quilibet conari tenet. sicut dictū est supra vbi tractauim⁹ de festis sermone. x. arti. ij. c. j. ante mediū. Secundus fructus est ab eterna morte saluatio et de hō locutus ē dñs: cū Joh. vj. ait. Hic est panis de celo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit scz spūaliter: nō moriat scilicz eterna morte. Unde Aug⁹. sup apli ait. Patres nostri eandē escam spūalem manducauerūt quā et nos nō alterā. i. māna qđ signat xpm et ideo valet credētibus. Alij vo q̄ non crediderunt manducauerunt et mortui sunt eternaliter. et nō Moyses et alij iusti: q̄ in illo corpali cibo inuisibilē spūaliter esurierunt grām spūalr gustauerūt. vt spūalr sanarent scilz a morte eterna. et nos silr manducando ab eterna morte liberamur. Tercius fructus est salutis eterne pticipatio. vñ sup illud j. Cor. x. Unus panis et vnū corpus multi sumus: oēs qui de vno pane t de vno calice pticipamus. vñ Aug. Nulli dubiū ē quenq; tūc corpis t sanguinis dñici pticipem fieri qñ membz xpi efficit: nec alienari ab illo⁹ patrī ꝓsortio etiā si anteq; panez illum edat de hoc seculo in vnitate corpis xpi ꝓstitutus abcedat quia illi⁹ sacramenti beneficio nō priuat. quā do illud quod hoc sacramentū signat. inuenit. Inuenit aūt homo q̄ sacramentū signat quando membrū xpi efficit. Et hō quidē efficit. quando credendo et manducando spūaliter manducat. qui sic in corpe christi vere ꝓuertitur: vt cū ipso eternaliter viuat. Hec ille. Ultra oīa supradicta auditōne deuota ipi⁹ misse addam notabilē versum qui talis est. vñ vsus

Non caritas opes nec missa minuit iter.

Articulus secundus de sacramentali t spirituali manducatione dñici corpis.

Tercius manducādi modus est cū sumit sacramentaliter et etiā spūaliter sit: et hic est pfectus et optimus sumendi modus. sicut de btā virgine Luc. x mystice dicit. Optimā ptem elegit sibi maria que nō auferet ab ea: eo q̄ tribus sibi ꝓsistis scz esse matrē et non ꝛginem. vel esse matrē et virginē. vltimā t optimā sibi elegit. scz esse vtrunq; simul. Sic et isti assumere volūt corpus christi nec tñ sacramentaliter: ꝙ sacramentaliter et spūaliter sit. quod quidē ē in hō sacramēto eligere optimā partē. iuxta precepti ecclesie de pe. et re. c. Oīs vtriusq; sexus Letex aduertendū est q̄ qui vult sumere fructifere corpus xpi: tria sit ei necessaria sm Bonaueñ. in. iiij. di. xij. Primū est discretio. secundū est deuotio. tertiū est ꝓbatio. Primo enī est ei necessaria discretio. Oportz enī hunc cibū ab alijs discernere p fidem. tantuq; enī sacramentū recipe sicut recipitur alius cibus: nec ꝓgruū nec fructiferū est. Et q̄ in hō sacramento pñs est diuina maiestas: ideo debet recipi cū honore. vt ipz homo cognoscat ideo necesse est istū cibum ab alijs discernere vñ apls. j. Cor. xj. ait. Judicium sibi manducat et bibit nō dijudicās corpus dñi. Secūda est necessaria ꝓbatio. quilibet enī debet se ꝓbare t examinare si sit in eo mortalis culpa anteq; ad hoc sacramentū accedat. Jō apostolus vbi supra ait. Probet aūt seipm homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enī manducat et bibit indigne. iudicium sibi manducat et bibit. Tercio necessaria ē deuotio. cū enī in hō sacramento exprimat diuina maiestas. necesse est illud recipe cū deuotione. Exemplo zachei Luc. xix. qui Jesum accepit gaudens. i. cum multa deuotione. Qui igit sic ꝓparati suscipiūt hoc sacramētū: optimā partē eligūt. et merito quidez et maxime ꝓpter multiplices bonos fructus. qui inō sequunt. Primus est peccatorum destructio. secundus est bonoz augmentatio. scz spiritualium. tercius vo cum xpo vnio.

Qđ deuota sumptio sacramenti ad detestationem peccatorum

tripliciter valet. ¶ Ca. j.

Secundo rõne pfectionis. Opbrobriosius est mala ppeti ab his qui religiosi et status pfecti et scti estimantur: q̃ a secularib⁹ ab ethnicis et publicanis. pharisei aũt religiosiores et pfectioris status estimabant in vniuerso populo dei. et maxime opere illorum mortuus est christus. Nam Job. xviij. Interrogante eos pylato atq; dicẽte quã accusatiõẽ affertis aduersus hoiem hũc: responderũt et dixerunt ei. si nõ esset hic malefactor nõ tibi tradidissemus eũ. q. dicãt. ℔ tibi sufficere debet q̃ nos qui sum⁹ tante auctoritatis et estimatiõis cũ tanta solẽnitate eũ tibi tradimus dignissime morti dãpnandũ tanq̃ reũ: vt verificet qõd lamentabiliter Ozee. vij. dñs ait. Ego redemi eos et ipi ꝓtra me locuti sunt mendacia.

Tercia ratio. Ca.iij.

Tercio rõne cognitõis: eqdẽ ceteri pib⁹ ignominiosi⁹ẽ obprobria pati ab intelligentibus et pitis. q̃ ab ignorãtibus et indoctis cũ doctorũ et pitor in malefactis detestatio et reprobatio fide dignior reputat. xp̃s aũt a doctoribus legis et scribis voluit reprobari et cõdẽnari vt sc̃z fundaret fidẽ passionis sue in virtute fidei: atq; reprobaret sapiẽtiam hui⁹mũdi. Proinde de talibus doctoribus et scribis ignorantibus sapientiã dei p̃s ait. Turbati sũt et moti sũt sic ebrius. s. tpe passionis ihesu xp̃i: t ois sapia eor deuorata ẽ. s. ab inuidia et furore. Sed sic. j. Corint. ꝑmo apls testat. q̃ stultũ ẽ dei. s. ignominia mortis xp̃i: sapiẽtius ẽ hominib⁹. t paulo ante inquit. Perdã sapientiã sapientiũ. t prudentiã prudentium reprobabo. p formatã fidẽ t misteriũ crucis.

Quarta ratio Ca.iiij.

Quarto rõne ꝓcordie t vniõis. Iꝑminiosis ẽ qdẽ ꝓcordit a toto populo crucifigi. q̃ si solũ a qbusdaz cũ discordia plimor cũ neqtia delinqntis cã sit et videat ab oibus manifestat clara q̃ nulla possit tergiuersatõe celari vl excusari t defensari. In xp̃i qdẽ necẽ ꝓsenserũt. i. ꝓcurrerũt mares t fele. Mares qdẽ sc̃z iudei et gẽtiles: t ex vtriusq; maiores t miores doctiq; atq; ignari religiosi et seculares. Primo eñ fuerũt domestici. i. affines vt iudas et iudei. vñ zach. xiij. in ꝑsona dñi ait. Ihis plagatus sum z in domo eor q̃ me diligebãt. i. q̃ me diligere debebãt. Secũdo fuerũt ibi extranei. i. gẽtiles t milites t romani. iõ in ꝑsona dñi ꝑphã ait. Qñ alieni insurrexerũt aduersũ me. et fortes exq̃sierũt aiaz meã. t nõ ꝓposuerũt deũ i ꝓspectu suo Et utq; ait alibi Quare fremuerũt gẽtes tc̃. Tercio fuerũt ibi nobiles et magnates. i. herodes t Pylat⁹. vnũ pñs. Astiterũt reges terre t ꝓncipes ꝓuenerũt in vnũ aduersus dñm et aduersus xp̃m eius

Quarto fuerũt ibi serui t ignobiles. vnde Job. iij. in ꝑsona dñi ait. Filij stultor t ignobiliũ et in terra penit⁹ nõ pentes nũc aũt i eorũ canticũ versus sum et fact⁹ sũ eis ꝓuerbium

Quito fuerũt ibidẽ pontifices scribe t pharisei ꝓsiliũ aduersus ihm. Sexto ibi dẽ seculares t laici. vñ Joh. xix. dr. tolle tolle crucifige eum. Verba autẽ erant turbe et populi miꝛis. Septio ibidẽ fuerũt mieres sẽ ptz in accusantib⁹ petr. vt ptz Matth. xvj. hi oẽs corde ore t opeꝛ xp̃m maligni cõati sũt.

Quinta ratio Ca.v.

Quinto rõne sollicitudis t importunitat⁹. qñ cñ q̃dã sceles⁹ hõ morti adiudicat. q̃nto ab oib⁹ maiori sollicitudie tradit morti: tãto illuz extitisse negoris vite t ꝗuioꝛis scelera ꝓpetrasse indiciũ ẽ ac piculosi⁹ eẽ videt mortẽ ei⁹ differe. Cõtẽplare igit mens deuota q̃ dñs ihs xp̃s ꝓmo media nocte captus est. deluſus et vberatus impetuoso furore ad domũ anne deduct⁹ẽ. et ibi examinat⁹ a mistro impio cõphẽsus t alapa percussus fuit. Secõ eadẽ rabie furibũda ad domũ cayphe deduct⁹ est ibiq; fuit illusus. vultu velat⁹. faciesq; ꝓspu⁹ atq; morti adiudicat⁹. Tercio a domo cayphe ad domũ pylati eodẽ impetuoso furore crudelit traxerũt eũ vbi fuit accusatus et multipliꝛ diffamat⁹. et a Pylato diuersimode qstionatus. Quarto eadẽ rabie furibunda t crudelib⁹ modis attractus fuit a domo pylati ad domũ herodis. ibi extitit veste alba indutus atq; ludibrioso habitu velut stultus.

Quinto eisdẽ crudelib⁹ modis ab herode ad pylatũ remissus est ibi p⁹ multas exais ꝓfitiões extitit denudat⁹ et flagellat⁹ t i fgali sollio derisorie ꝓstitut⁹. spinis attrocissime coronatus. et arundine caput eius pcussũ. Sexto iã sic multiplicit cruciat⁹ t coronatus ꝓpter ẽ pñtat⁹ atz crucifigi a ꝓpl̃o acclamatus t tãdẽ crucifigi p pylatũ est iudicat⁹. Septio tãdẽ ebrio furore ad caluarie mõtẽ deducẽtes eũ crucifixerunt et occiderunt. Considera ergo mens deuota quanta sollicitudine et im-

portunitate imo ẽpto impetuoso furore illuz nocte media capiẽtes. et hincinde veluti ludi bri pilam circũrotãtes. ante matutinũ vt euz ca pent: post matutinũ vt eum occiderent nõ dormientes: vsqz quo illud pficerẽt. infatigabiles extiterũt vt vix eum per diem medium naturalez viuere passi sũt. Ex quibus euidẽs est q ex ebrio furore ppli xps crucifix⁹ est Vñ Matth. xxvij. dicit q pl's clamabat crucifiga tur. Sequitur. Videns aũt Pylatus q nihil pficeret scz ad liberandũ eum ppter furorez ppli: lauit man⁹ suas t tradidit eis ihesũ vt crucifigeret. vñ Prouerb. xxvij. Ira nõ hz m: sericordiam nec erumpens furor.

Sexta ratio ad idem. Ca. vj.

Sexto rõne ingratitudinis: cuz eñ multitudo populi. cũ habentibus cultum religionis et pitiam legis. multa beneficia ab vno susceperit atqz post illa beneficia illi in sũmo ingrat⁹ re perit. et si iudiciũ sit q pp'l's ille efficiat ingratitudine plenus. nõ tamẽ est absqz argumẽto impietatis aduersus beneficiũ. ita q in eo fi naliter reperta sit iniquitas talis et tanta. q ꝓponderanda sit beneficijs ante factis. imo q a viris magne vite sciẽtie atqz fame pziora beneficia iuste debeant obliuioni tradi. Sic ptigit benefico xpo. Nam antiquitus cuz iudaicuz pplm sibi peculiarem constituisset. ab egypti ergastulo et a seruitute pharaonica liberauit sicco pede p mare rubrum transduxit manna celico in deserto annis. xl. pauit. legem dedit. t vt tueret eos in columna nubis in die et ignis in nocte illos pcessit. hostes eorum pstrauit. terram optimaz eis dedit. pphetas eis misit. demũqz ad oim cõplementum ipe carnẽ de genere eoz assumens liberator et saluator eozuz venit. Denicz post admirandã eius ꝓuersationem. post predicationis instructionem et illuminationẽ. demonum expulsionẽ: leprosoz atqz oim infirmitatũ curationẽ: p⁹ mortuoz suscitatõnem. regni celoz declarationẽ. atqz sacramentoz institutionẽ: man⁹ in eũ sacrilegas iniecerũt. flagellauerũt. et tãdẽ sic maximũ malefactorem inter latrones in crud patibulo crucifixerũt suspenderũt et occiderũt. Proinde ꝓpha ipsona dñi lamẽtabilr ait. Retribuebãt mihi mala p bonis: sterilitatẽ aie mee. Et itez idẽ alibi ait. Posuerũt aduersũ me mala p bonis t odiũ p dilectõe mea Et itez alibi idẽ ait Qui retribuũt mala p bonis ꝏtrahebãt mihi qñ sequebar bonitatẽ. Et Hiere. xviij. etiã in ꝓsona dñi ait. Nunqd reddit p bono malũ qz foderũt foueaz. i. pditionẽ aie mee. recordare qz steterim in ꝓspectu tuo vt loquerer pro eis bonũ. et auerterẽ indigationẽ tuã ab eis

Septima ratio. Ca. vij.

Septimo rõne familiaritatis. Grauius eñ t ignominiosi⁹ est pati a domesticis t ab amicis. q̃ ab extraneis ignotis et inimicis. Iudi qd de xpo ꝓphe dicãt t ꝓsidera. Primo quid de iuda prophete in ꝓsona domini ait. Etenim homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos magnificauit sup me supplantationem. Scõo de reliquis aplis relinquentibus eum Esa. lxiij. in ꝓsona dñi ait. Torcular ego calcaui solus t de gentibus nõ est vir mecuz Et itez ps. ait. Elongasti scz ꝓmissiue. o pat eterne. a me amicũ et primum: t notos meos a miseria. Et itez Treñ. iij. admirãter inquit. Quomodo dispersi sunt lapides sanctuarij. i. apli et discipuli. Et Job. xix. Noti mei quasi alieni recesserũt a me Tercio generaliter de oibus in quibus etiã dñs miracula fecit. Dañ. ix. dicitur. Occidet christus et nõ erit ei pplus. Et iterum pphet⁹ inquit. Lõsiderabam ad dexteram et videbam et non erat qui cognosceret me. nõ aũt dixit ad sinistram quia ibi erat btã virgo pro pctõribus orans ꝑm Alexan. de halis super psalteriuz exponentem hunc versum.

Articulus scõs scõe ꝓtis de septẽ alijs rõnib⁹ in qbus aperit magnitudo obprobrij mortis cristi respectu cause materialis.

Secũdo etiã ait. hũiliat⁹ sũ nimis. scz p cãm materialẽ. vt etiã intelligas aliqlr stupẽdã abyssũ hũilitatis passiõis xpi. Lõtẽplare etiã causã materialẽ q̃ stupẽdo mõ aggrauat vituperiũ ei⁹. et h̃ maxie ex alia septẽplici rõne. Prio rõe nobilis nature. scõo rõne forme. tercio rõne sapiẽtie. q̃rto rõne grẽ. qnto rõne fame. sexto rõne sequele. septimo rõne glozie.

Prima ratio. Capitulũ. j.

Primo obprobriosissima fuit mors cristi rõne nobilitatis nature. Quanto eñ hõ nobilior est: tanto ignominiosa mors sibi illata vituperabilior atqz obprobriosior reputat. sicut patz in rege. sic ptigit in xpo q cũ eẽt magn⁹ in natura fact⁹ vilissim⁹ i ignominia. Proide Apoc. ij. Jo. ait. Hec dicit primus t nouissimus qui fuit mortuus et viuit: nouissimus per cõemptũ abiectionẽ et obprobrium hominum voluit esse cristus. qui tantas contumelias et terro

res in morte sua ab hoibus ppeti voluit vt si cut peccator nepharius in medio latronū qua si⁹ maior inter eos mori dignatus est: adauget aūt abiectionis eius vilitatē atq; pfusionis imensitatem altitudo psone et dignitatis sue cū eīm esset filius dei. primus indignitate cū sit coequalis eterno patri tanto: ptumelia ꝛ ob probria q̄ ptulit ignominiosiora merito extiterūt. q̄to dignitas erat in eo maior. Si quis q̄ pfusiones patiē non egre ferat. cuz nullus maior nihil maius filio dei. sed nc abiectiora ppeti posset. Vlis audire etiā nobilitatē sue nature. audi Esaiā qui. liij. ca. obstupendo ait. Generationē eius q̄s enarrabit: q̄ abscisus est a terra viuentiū. Ait eīm generationē eius scz eternā q̄ fm Jerony. erat de pr̄ē sine mr̄e et talem qua erat de matre sine patre quis enarrabit. nā ei⁹ generatio eternalis a nullo cōprehendi potest. vñ Eccli. xliij. in fine. Ne laboretis. nō eīm cōprehēdetis. quis videbit eū et enarrabit: et quis magnificabit eū sicut ē a pncipio: nobilitas aūt ꝛ gnātio ei⁹ cor palis ac talis quā scz traxit a virgine matre super o ēs reges duces et imperatores fuit etiaz fm carnē. sicut apte ostendit Math. j. vbi p̄spica citer intuenti apparebit in q̄dragita duobus generatōibus genealogie eius descendisse de. xiiij. patriarchis et. xiij. regibus et xiiij. ducibus fm carnē: sicut pleni⁹ in q̄dragesimal de xp̄iana religiōe. sermone. lxj. art. j. c. j. monstratū est. Et de obprobriosa morte ei⁹ Esa. ppheta subiūgit dicēs. q̄ abscisus est de terra viuentiū. scz p taz ignominiosā mortē q̄to ē, sublimis natura nobilitat ei⁹ taz fm diuinitatē q̄ fm huanitatem. Ex quo patz q̄ xp̄s glā angeloz factus est ludibriū peccatorū: altus in dignitate infimus in vilitate. sublimis in glia abiectus in ignominia Ideo ad Phil. ij. apls ait. Qui cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo. ꝑ semetip̄m exinaniuit formā serui accipiens. in similitudinē hoim factus et habitu inuentus vt homo: hūiliauit semetipsuz factus obediens vsq; ad mortē mortē aūt crucis. Merito Berñ. ait q̄to se fecit minorē humilitate. tanto se ostendit maiorē bonitate. et q̄to fuit eis vilior tanto est mihi carior.

Secunda ratio. Ca. ij.

Secundo ratione forme. q̄to enim res formosior est: tāto deformitas ei⁹ magis stupenda atq; deformis apparet. Sicut ptz in facie hois i qua deformitas maior est q̄ in ceteris membris cor̄is. Quanta aūt speciositas fuit i christo. ppheta ostendit dicens. Speciosus forma pr̄e filijs hoim: forma inquit. i. luce cādore et habitu. Primo luce. vnde Eccli. xliij. ait Sunduz illuians in excelsis dñs. scō candore. Proinde dicit Sapiēn. vij. Candor est lucis eterne. tercio habitu. vnde Esa. lxiij. dicit. Iste formosus in stola sua: gradiens i mltitudine virtutis sue. Et item Job. xl. ait. Circumda tibi decorez et in sublime erigere. Et addit ppheta dicens. Pr̄e filijs hoim. q̄ scz de pulcritudine eius acceperūt omnes. cum ipse sit speciei generator. Ut dicit Sapi. xiij. Ubi loquens de creaturis sic ait. q̄ si spē delectati deos putauerūt. sciāt q̄nto his dominator eoz speciosior est. et posset hic ppheta dicere speciosus forma pr̄e angelis dei: quia etiam angelis dei speciosior est. Sed quia cōmendat christū hominē: ideo melius inquit in ps̄. Pr̄e filijs hominū. Signū quidez pulchritudinis sue etiaz sup angelos est q̄ in eū p̄spicere desiderant angeli: vt dicit. j. Pet. j. Est eīm pulcer fm diuinitatez et fm humanitatem. Proinde Cañ: v. Salomon ait. Dilectus meus candidus et rubicundus. Candidus q̄tum ad mundiciā humanitatis: et rubicundus q̄tuz ad splendorem diuinitatis. Et ptra Salomon ait. Caput eius aurū optimū. p caput eius diuinitas denotat: quia caput xp̄i deus. sicut apls. j. Cor. xj. inq̄t. hanc duplicē pulcritudinē in transfiguratiōe mōstrabat xps: sicut Math. xvij. ptz vnde dicit ibi. Resplenduit facies eius sicut sol. et vestimenta eius facta sūt alba sicut nix. Per faciē diuitas designat. Sicut Exo. xxxiij. Moysi dñs ait. Faciem meā videre nō poteris. p vestimenta aūt humanitas designat. q̄ Phil. ij. testatur apls dicens habtu inuētus vt homo. Quanta aūt fuerit deformitas ei⁹ ipassimo. Quanta aūt fuerit deformitas ei⁹ ipassione in psona oīm ppheta rū ostendit Esa. liij. ca. dicens. Non est species ei neq; decor. spes cies dicit elegantiā et debitā mēsurationem membroz. quā non habuit xp̄s in cruce p̄o pter nimiaz membroz extensionē. vnde p̄pheta ait. Dinumerauerūt eīm oīa ossa mea Decor dicit puenientiā colorīs et aliox adiacentiū: hunc etiā nunc habuit christus in cruce ppter penam dolorem et ignominiā passionis: habuit eīm ceruicē hyspidaz p spineam coronam. faciē tumidam et pollutam ppter lacrimas atq; sputa. carnem liuidā ppt colaphos alapas et flagella. vniuersam cor̄is fabricā cruētatā sāguie. q̄ vulnerat⁹ ē ppter iniquitates nostras. Sicut Esaias vbi supra in

quit. Et quia xp̃s ante passionez habebat aspectū et p̃sentiā maiestatis dignitatis ꝓspe ritatis et potestatis ꝛ in passione fuerūt abscōdita. Ideo Esaias subdit dicens. Et vidimus eū scz nudatū in cruce et non erat aspectus. scz magnificus sicut ante. Ecce absconsio maiestatis: et desideravim⁹ eū scilz despectū a iudeis. et nouissimū viroꝝ. i. vilissimuz ꝓpter genus mortis. ecce absconsio dignitatis: virū doloꝝ. i. doloribus plenū. sicut ex p̃cedentibus ptz et hoc ꝓtra ꝓsperitatē. et sciē tē infirmitatē scz p experientiā nō tantū speculatiue et hoc ꝓtra potestatē. Et tandē Esa. subdit. Et nos putavim⁹ eum quasi leprosuz .i. vilem et abhominabilem tanq̃ leprosum. ꝓpter vilitatē aspectus eius atq̃ deformitatem eius. Et itez ps̃. xxj. i ꝑsona dñi ait Ego aūt sum vermis et non homo. i. ita sum vilipensus et conculcatus velud non homo ꝙ vt vermis: obꝓbriū hoim et abiectio plebis. Est em̃ obꝓbrium qñ aliquid turpe imputatur hoi. vt cū Joh. xviij. dicebat ꝓtra xp̃m tu homo cuz sis facis teip̃m deum. et sic sb̃ h̃ titulo fecerūt eum obꝓbrium hominū. scz peccatoꝝ. Et addit abiectio plebis scz iudeorum qñ eo abiecto Barraban petierunt. vñ Luc. xxiij. dixerūt. Tolle hunc et dimitte nobis Barraban.

Tercia ratio. Capitulum. iij

Tercio rōne sapientie. q̃to em̃ homo sapientioꝝ reputat: tāto morꝫ obꝓbriosa ignominiosioꝝ est. ꝙ xp̃s cum esset sapientia dei patris non tantū a iustis et ab illuīatis sapiens putabat. verūetiam ab ignorantibus et indoctis Unde Joh. vij. Ministri pontificum iudeorum et phariseoꝝ ad xp̃m capiendū missi redeuntes interrogati sunt quare nō adduxistis illum? respondērūt ministri: nunq̃ sic locut⁹ est hō sic hō hic loquit quasi dicant. admirabilis gratia et efficatia verboꝝ eius mētes nostras stupefecit et miro modo detinuit ne capemus eum. Ex qua quidem responsione videt q̃ ministri vim faciant tam instupēdo et efficacissimo modo loquendi ip̃ius cristi q̃ in rebus ab eo dictis: Et in eodē capit. Joh. ait. Ascendit ie⁹us in templū ꝛ docebat et mirabant iudei ꝓpter rem insolitam. credebant em̃ eum esse filium Joseph. et p consequens in manuali ope occupatū. Sciebāt em̃ eum non fuisse in studio exercitatū. et tamen videbant illum excellentissime docentē leges et ꝓpheтarum testimonia ꝓferentez ideo mirabant dicētes. Quō lras scit cū non didicerit eas q̃s literas videm⁹ scire? Tanta em̃ fm Crisost. orat virtus docentis: vt q̃ dixerant seducit turbas transmutati mirentur Respondit eis ihesus et dixit. Mea doctria nō ē mea. ꝙ eius qui me misit. Quasi dicat. Ista doctrina q̃ est mea aprobatiue et subiectiue non est mea p exercitiū humane acq̃sitionis. sed data est mihi a patre. quia filius dei fm naturam diuinā licet habeat eandem sciētiā cū xp̃o patre: tñ hz illaz ab eo fm naturā humanā. habet aliā scientiā creatā non tñ habet illaz acquisitam. sed ab instanti ꝓcepti onis infusaz. Cū igitur tanta sapientia ꝑfulgeret. tamē scribe et pharisei in vita et i morte diffamauerūt eū. Primo in vita de insipiētia naturali. scō de insipientia accidentali. tercio de insipientia spūali et diuinali. Prio i sapientia naturali. vñ Joh. x. dicebant: Insanit q̃d eū auditis. Et itez Mar. iij. dixerūt quoniaz in furoꝛē versus est. Scō diffamauerūt eū de insipientia accidentali et literali Naz cū Joh. vij. sicut dictū est dicerent quō hic lras scit cuz non didicerit. satis elici p̃t q talis admiratio partim ex susceptione. ꝛ partim ex despectione atq̃ ex mala interꝓtatione de hereſi ꝓcedebatq̃. apertius ostendēbat Math. vl. dicens. q ex hoc scandalisabātur in eo. Tercio diffamauerūt eū de insipiētia spūali ac diuinali illam hereticaz reputātes. sicut Joh. viij. samaritanū eum dicebāt scz in diuino cultu hereticū. Secundo in fine vite eū de sūma stulticia que est vltima infamia ac blasphemia ꝓtra deū illū infamauerūt et condemnauerūt. Unde Math. xxvj. constitutus coram caypha p̃ncipe sacerdotū interrogante atq̃ dicente: adiuro te p deum viuū. vt dicas nobis si tu es xp̃s filius dei. Dixitq̃ illi ihesus. Tu dixisti. Uerūtamen dico vobis āmodo videbitis filiū hoīs sedentez a dextris virtutis dei et venientē in nubib⁹ celi. Tunc ꝓnceps sacerdotum scidit vestimēta sua dicēs. Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiaz: quid vobis videt. At illi respondentes dixerūt. reus est mortis. Ex hoc em̃ illuz tanq̃ sūme stultum crucis patibulo affixerunt ꝛ cōfusione vltima eum occiderunt. vñ Prouer. iij: Salomon in ꝑsona dñi ait. Stultissimus sum viroꝝ scz estimatōne istoꝝ: et sapientia hoim non est mecum. nō didici sapientiā scz p acquisitionē: et noui scientiaz sctōꝝ. Et iterum ꝓpheta ait. Deus tu scis insipientiā meam. i. q̃ quasi insipiens patioꝛ. nam nō ime-

rito reputat stultus mercator qui p vili re laborat ad mortē: et preciū magnū expendit p vilissima merce. Sed tu deus scis insipientiā hanc meā. qz quod stultū est dei sapientib⁹ est hoibus. j. Cor. ix.

Quarta ratio ad idez. Ca. iiij

Quarto rōne gratie seu potentie scz miracula opandi. miracula eīm q̄ fecit deus in mortali carne fide dignū efficacissimū atq; sufficientissimū testimoniū phibebāt veritatis et humanitatī sue. sicut ipse Joh. v. testat dicēs. Opa q̄ dedit mihi pater vt faciam ipa testimoniū phibent de me. scz q̄ sim deus z homo. De miraculis. Cōsidera ergo de xpi miraculis tria. Primo sufficientiā. scōo decentiā. tercio potentiam.

Prīo nota miraculorum christi sufficientiam.

Primo psidera sufficiētiaz miraculoz. nā fuerūt sue diuinitatis testimoniū sufficiēs et fide dignū: et hō mazie ppter tria. Primo ppt̄ speciem operū. scōo ppter modū. tercio xo ppter documentū. Primo xo ppter spēm operū qz trascendebāt oēm ptātem create nature. propterea nō poterāt fieri nisi diuina virtute. vñ Joh. ix. cecus ait. A seculo nō est audituz q̄a aperuit aliquis oculos cecī nati. nisi hic esset a deo: nō poterat facere quicq̄. Scōo ppt̄ modū qz ppria virtute miracula fecit. vñ Lu. vj. dicit. Virtus de illo exibat et sanabat oēs. Et sup illud Matth. viij. z ejiciebat spūs xbo et male habētes curabat Criso. ait. Intende q̄taz multitudinē curatā monstrant euangeliste. vnūquēq; curatū nō enarrantes: ꝫ vno verbo pelagus ineffabile miraculoz inducētes. vt ex hoc ostenderet q̄ habebat deo patri coequalē virtutē. Juxta illō Joh. v. Quecunq; pater facit: hec et filius facit. Tercio ppt̄ documentū. i. ppter doctrinā qua se deuz et dei filiū asserebat. que nisi vera fuisset nequaq̄ ei diuina virtus astitisset in miraculoz patratōne. et hec est oīm ratio fortior. nā impossibile est tam sceleste mendatio q̄tum eēt istō si non foret vez. ipm deū ferre testimoniū p opa infinite virtutis q̄ sūt miracula vera.

Secūdo nota miraculoz condecentia z q̄re miracula fiūt.

Secūdo psidera in miraculis cristi pdecentiā. Condecens eīm fuit cristo talia miracula facere. Propter duo eīm pcedit diuinit⁹ homi miracula facere. Primo ad pfirmandā doctrinaz veram. naz que fidei sunt humanā rōnez exceduntet nō possunt de facili simplicib⁹ rationē pbari. Oportet ergo vt pbent̄ p opa virtutis dei: vt dum aliquis facit opa que solus deus facere potest que sunt miracula credūt a deo pcedere que dicunt: quēadmodū littere sigillate regis sigillo et volūtate regi manare credunt. Proinde xps miracula fecit q̄ fuerūt q̄si sigilla dei in quib⁹ se deū eē pbauit. Et licet aliq̄ modo diminuant fidei meritum inq̄stū p hec auditoris demōstrat duritia cū meliuis est eis qz p miracula puertant q̄z q̄si ne eis in infidelitate sua pmaneant. Jdeo. j. Cor. xj. dicit. Signa infidelibus data sunt. scz vt puertant ad fidem. Secundo aūt fiunt miracula ad ostendendū in homie dei potentiam. vt scz deuz homo facit opera soli deo possibilia credat deus p gratiam habitare in eo vñ dicit ad Gal. iij. Qui tribuit nobis spūm et opat in nobis virtutes. Utrunq; aūt circa ihesum erat manifestandum scilicz q̄ p gram deus esset in eo nō quidem adoptionis: ꝫ personalis vnionis et qz eius supnaturalis doctrina et pfectōs psilia a deo eē demōstrarēt.

Tercio nota miraculoz christi potentiam.

Tercio psidera in miraculis christi potentiā. nā miracula fecit. Primo in angelicis spiritibus. scōo in corpibus celestibus. tercio in hoibus quarto in creaturis irrationabilibus. Prio inq̄z in angelicis spiritibus. qz eīm effectus redemptōis xpi atq; doctrine sue erat nos eripere a dyabolica ptāte. et angelis glie sociare. Jdeo voluit demones a corpibus humanis sue ptātis imperio euellere et expellere iuxta illud Joh. xij. Nunc pnceps hui⁹ mūdi ejcietur foras. et sanctos angelos deuotis facere apparere. Juxta illud Colloceñ. j. Pacificās p sanguinē crucis ei⁹ que in celis et in terris sunt. Scōo in corpib⁹ celestib⁹ decuit p iesum miracula fieri. mutatio eīm corpm istoz inferioz multis causis ptingere potest. Sed curs⁹ celestiū solus deus mutare potest. Jdeo ad suam humanitatem pbandā maxime pueniens fuit in eis miracula opari. Et hoc ē q̄ dyon ipsius dicit ad Policarpū. cognoscere optz non aliter aliq̄n posse puerti aliq̄d celestis ordinationis et motus: nisi ad hoc causam habet motorē qui fecit oia et mutat ꝑm suū sermonē. Tunc eīm maxime pueniens fuit eius diuinitatis potentiam habere testimoniuz a

celesti natura. quando eius infirmitas monstrabat in terra. qđ quidē erat dū paruulus erat vagiens in p̄sepio. Sed maxime quādo mortuꝰ fuit in crucis patibulo. Proinde vtrō ꝙ tpe iesu despecu in terris: astra phibēt testimoniū in celis. Tercio in hoibus fecit miracula: cecos illuiauit, surdos fecit audire. et mutos fecit loqui: sanauit lunaticos. liberauit claudos. mūdauit leprosos. curauit ydropicos. solidauit paliticos. expulit febres, eleuauit curuos. extēdit ꝓtractos. purgauit sāguifluos. et mortuos suscitauit. Proīde mathei. vj. dicit ꝙ q̄cunq; introibat aut in vicos aut in villas aut in ciuitates in plateis ponebant infirmos et deprecabant eū. vt vel fimbriam vestimēti eius tangerent. ⁊ quotquot eū tangebant salui fiebant. Quarto fecit miracula i creaturis irrōnabilibꝰ. Primo in piscibus scz in copiosa captura eoꝝ. sicut legitur Luc. v. et Joh. vlti. capitulis. Et in pisce quez cepit Petrꝰ in cuiꝰ ore staterē repperit. Scđo in plātis cū ad verbum eiꝰ ficulnea aruit. Mar. xxj. Tercio in aere et in aqua. nā vt legit mathē. viij. Imperauit ventis et mari et facta est tranquillitas magna. Quarto etiaz tpe passionis eius scissuz est velum templi ad ostendedū reseratōnez legis. apta sūt monumenta. vt mystice denotet ꝙ p ei⁹ mortem daret mortuis vita. fra mota ē et lapides scissi: vt denotet ꝙ lapidea hoim corda p ei⁹ passionē deberent scindi ⁊ ꝙ iste mundus debet ad bonū passionis ih̄u morientis x̄tute moueri. Ex his patet x̄pi grā et ptās miraculosa opandi: que q̄to apparuit maioꝝ: tanta obprobriosa mors crucis x̄pi fuit ei ad maiorez p̄fusionē: et quodāmodo ad negationē ꝙ p̄dicta miracula nō fuerūt vera. Ideo mathē. viij. dicebāt. Alios saluos fecit. seipm aūt nō potest saluū facere. Hec siquidē que ỏ christi miraculis dicta sunt poterit discretus p̄dicator suo modo abbreuiari. licet pro dignitate domini nostri iesu christi lacius dicta sunt. ⁊ sic in stilibus obseruandū est.

Quinta ratio. Capitu. v.

Quinto rone fame. q̄to eñ famosior est. tanto mors eꝰ magis obprobriosa infamis atz obprobriosior est atq; ignominiosior reputatur. Quāta aūt fama diffusa fuerat de x̄po ante passionē suam: tū ex multitudine miraculoꝝ tū ex efficaci doctrina eloquioꝝ suoꝝ tum ex admiranda ꝓuersatōne vt ex euāgelistis ptz Nam Luc. iiij. cū a magnis febrib⁹ sanasset simonis socrū facta die egressus iesus ibat in desertū locum. et turbe requirebant eū ⁊ detinebant illū ne discederet ab eis. Joh. quoq; iiij. samaritanitā ꝓpter samaritane x̄ba. q̄ ꝓpter sermones eiꝰ crediderunt ei. Ex hac etiā fama secute sunt ih̄m turbe. i. quinq; milia viroꝝ exceptis paruulis et mulierib⁹. vñ Math. x. Mar. vj. Luc. ix. et Joh. vj. q̄uos siquidē pascens ex q̄nq; panibus ordeaceis et duobus piscib⁹ fama eiꝰ magis creuit. Dilatata est etiā fama cū pauisset q̄i quatuor milia hoim ex septem panibus triticeis ⁊ ex piscibus paucis. vt dicit Marci. viij. ⁊ Math. xv. Insup in resurrectōe filij vidue extra portam ciuitatis naym existentibus turbis fama eiꝰ circū quaq; diuulgabat dicente pplo prophēta magnus surrexit in nobis. In resurrectōne q̄q Lazari quatriduani turba etiam multa assistebat: illud irrefragabile miraculum ꝓsiderantes. In resurrectione etiā filie archisynagogi eiecta turba et intrante iesu domū ad imperiū eiꝰ surrexit puella et exijt fama hec in vniuersam terrā illā. vt ỏr Math. ix. Et sic de multis alijs opibus x̄pi de quib⁹ totū euangeliū refertū est fama eius mirabiliter creuit. que sicut dictū est q̄to fuerat maior: tanto ignominiosior extitit mors illiꝰ in patibulo crucis.

Sexta ratio. Ca. vj.

Sexto rone sequele. nō tantū discipuli eius sequebant ipm. verūeti am turbe multe. Quidā vt doctrē sataḡtes ex eiꝰ radiosa doctria illuiari. quidā vt pastorē curantes eius vestigia imitari. quidā vt medētē optātes de suis infirmitatibus liberari. Alij vt viderēt eiꝰ miraculoꝝ nobilitatē. alij vt mysteria intelligerent. alij ut ꝓdigia viderent. varijs ex causis turbe multe sequebant eū. Sed q̄to maior fuit ei sequela pplꝰ. tanto etiaz cū ab oībus suis discipulis derelictus est patibulo crucis affixus est maior fuit ignominia. dereliquerunt eū turbe. imo ꝓtra eū insurrexerūt. vñ in ꝑsona dñi in admiratiōne ꝓrumpens ait ꝓpheta dicens. Dñe quid multiplicati sūt q̄ tribulant me. multi insurgūt aduersum me. Multi dicūt aie mee: non est salus ipi in deo ei⁹. q̄si in desperationē p̄cipitare conātes. Et alibi idē ait. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: qui oderūt me gratis. Capilli siquidē capiti inherētes discipuli x̄pi erāt. ỏ q̄ christum oderūt gratis. i. sine cā. fuerūt turbe q̄ ꝓius secute fuerūt illū. His q̄q capillis deca

luatus ē xp̄s in orto et in mōte caluarie: quā do et ibi oēs discipuli eiꝰ aufugerunt. De q̄ deridebāt etiā illū iudei. qz cernebant euz ab oibꝰ etiā a suis derelictuz. In cuiꝰ mysteriū legit. iiij. Reg. ij. q̄ cū ascenderet helyseꝰ in bethel pueri parui egressi de ciuitate illudebāt ei dicētes. Ascēde calue ascēde calue. helisēus siquidē xp̄s est. Pueri parui sensu puuli ꝫ malicia et impietate magni extiterunt iudei qui Luce. xxiij. illudētes ei dicebāt. Si tu es rex iudeoꝝ saluū te fac: et sicꝫ p̄dictū est ō aplis eiꝰ et discipulis in ppba. xxj. ps̄. i pson̄a dñi ait. Dispsa sūt oſa ossa mea. i. apli. qui tanq̄ ossa erant alijs fortiores et firmiores et tū rueřt ꝫm q̄ Joh. xvj. p̄dixerat eis dicens. ecce venit hora et iam nūc venit vt dispgamini vnusq̄sq̄ in ppria: et me solū relinq̄tis: Hex aūt causas q̄re discipuli tpe passiōis relinquūt xp̄m ppba subdit. Prima causa fuit ānichilatio diuine doctrine. Joō sbdit. Factū est cor meū. i. doctrina mea. sicut cera liq̄scens. i. euanuit ad passionis calorē et ignez. et ꝫ in medio ventris mei. i. in infirmioribus et etiā mollioribꝰ mēbris meis. Dicit em̄ doctrina xp̄i cor eiꝰ maxime ꝓpter tria. Primo qz tenere illaz amat. Juxta vulgare q̄ dicimꝰ iste est coz illiꝰ. i. ab illo diligit multuz. Unde Bar. j. ait ihs. Eamus in vicos primos: et ciuitates et ibi p̄dicem. ad hoc em̄ veni ecce q̄n tū dilexit doctrinā suam: q̄ ꝓpter eaz dissemināndā in mundo venit. Secō q̄z coz xp̄i denoiat qz corpis xp̄i qō est ecclia p illam viuificat. ideo Matth. iiij. dñs ait. Non in solo pane viuit homo: ꝫ in omi verbo qō ꝓcedit de ore dei. Tercio qz de corde suo ꝓcedebat doctria xp̄iana: vñ Matth. xij. ipe ait. Bonꝰ homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Secūda cā fuit cessatio miraculoꝝ. De q̄ ppheta subdit. Aruit tanq̄ testa virtus mea nā arida visa fuit in passione virtus t potentia xp̄i qua ante passionē miracula faciebat. vñ in Lañ. Baruch. ibi. s. in cruce abscondita ē fortitudo eiꝰ. Ratō dicit p̄dita ꝫ sicut ifra in. iij. pte. et. iiij. fructu aparebit. Tercia causa fuit silentiū xp̄i q̄ tūc nō loquebat. vñ subdit. Et lingua mea adhesit faucibꝰ meis. i. nihil loquebar. vñ Esa. lij. Coram tondente se obmutescet. Et Matth. xxvij. c. et nō respondit ei ad vllū verbuz: ita vt miraret pylatus. Quarta causa extitit mors xp̄i et desperatio de resurrectōne illiꝰ. vnde ait. Et in puluere mortis deduxisti me. o pf. ꝫm opinionem iudeoꝝ. p̄s. Estimatus sum cū descendētibus in lacū. i. irreuocabiliꝫ in infernū. Quinta cā fuit iudeoꝝ detractio. Et de ꝫ subdit. Circūdederūt me canes multi. i. iudei oblatrātes et mordentes p detractionem tanq̄ canes. Septa causa fuit pucētus malorū: ideo subdit. Cōsiliū malignantiū. i. crucifigentiū obsedit me ptinaciť vsq̄ ad mortē meā. Ecce q̄re eū apli sui derelinquerūt. ideo ō ꝫ stupens Jerem. Treñ. iij. admiranter ait. Quō dispsi sūt lapides sc̄tuarij. i. discipuli xp̄i.

Septima ratio. Ca. vij.

Septimo rōne glorie. Quāto enim hō in maiori glia fulget et exaltatur. tanto deprcssus ignominiosiſ sima mortc magis ꝓfundit. t glia in ignominiā vertit. Nā post imēsos honores statim ꝓsterni ad infimas ignominias violenti⁹ et ꝓfusibili⁹ esse solet. cū q̄ta aūt gloria susceptus fuit in irlm in die palmaꝝ ostēdit Joh. xij. dicens. Turba aūt multa q̄ convenerat ad diē festū cū audisset qz venit Jhesus hierosolimā: accepērūt ramos palmarū et ꝓcesserūt obuiam ei et clamabant dicētes. Osanna benedict⁹ q̄ venit in noie dñi rex israel. Et matth. xxj. iterū dicit. plurima turba strauerūt vestimēta sua in via. Alij aūt cedebant ramos de arboribꝰ et sternebant in via Et sequit. Cū intrasset iesus hierosolimā. cō mota est vniuersa ciuitas dicens. sez admiratione magna. Quis est hic cui sez tanta seq̄la et glia adhibet.

Qz q̄druplex honor exhibitꝰ xp̄o in die palmaꝝ tpe passiōis i ignominiaz versus est.

Prima duerte diligenter q̄ in q̄tuor eū honorauerūt. sicut et ꝓcedētibus ptz. Primo in psonis. scō in verbis laudis. tercio in opibꝰ virtutis. q̄rto in rebus suis. Primo honorauerūt eū in psonis ppr̄ijs. qz ei psonaliť obuiaz ꝓcesserūt et in irlm deduxerūt. ꝫ multo amplius multiplicata est ignominia. qz idem ꝓpr̄s in eodē loco. eisdem diebus. postea euz crucifixit. atq̄ de eadē ciuitate nō equitando ꝫ crucem portando ꝓtumelioſe eiecit. Nec quidē sufficit vna ignominia p vno honore. sed amplius addiderūt: quia cum vili p̄cio venundantes tamq̄ latro ab eis capiť: et ei Barrabas latro pessimus anteferť. Secundo verbis laudis laudauerūt et honorauerūt eum dicētes eum saluatorē deū regem. Saluatorē quidē cū clamabant. Osanna. i. obsecro salua nos deūq̄ eum clamabant dicētes. Benedictus

qui venit in noīe dñi.i.hñs rem et nomē veri dei Regē etiā eū dicebāt cū clamabāt rex isrl' q̄ verisver⁹ rex isrl' Sz mlto ampli⁹ mltiplicata ē ignominia ei⁹. Nā qui dixerunt. Osanna postea clamabāt Matħ.xxvij. Sanguis ei⁹ sup nos et sup filios nostros. Qui xo dixerunt. Benedictus qui venit in nomine dñi rē.i.tanq̄ habens rez et nomen veri dei.postea clamauerūt Lu.xxiij. Crucifige crucifige eum. Qui prius dixerūt rex israel.postea asserebant Joħ.xix. Non habemus regem nisi cesarem. Insup ignominiam sup gloriā addiderunt insultatōnibus.irrisionibus.impperijs in eū irruentes et dicentes. Prophetisa. Aue rex iudeorū. si tu es christus descende de cruce et multa silia. Tercio glorificauerūt et honorauerunt eum opibus virtuosis. quia scindentes ramos palmarū et oliuarū flores et folia prosternebant in via.p que fm Greg⁹.designant opa virtuosa. Sed q̄ dissimilis est ignominia subsecuta ? q̄q̄ dissimiles sunt rami et crux.flores t spine.folia t claui.palme et virge.. Non hoc quidem satisfuit:nisi vltra gloriam multo amplius ignominia multiplicet:quia vltra hoc conſputus ē: colaphisatus est.. Quarto glorificabant eus cū rebus suis:quia vestimenta sua prosternebant in via.se cū reuerentia exuentes:et illa xpi asselli pedibus submittentes. Sed vide q̄ta est ptumelia subsecuta :imo habundantⁿ multiplicata.nā cui tunc prosternebāt vestimēta aliena nunc auferebant sua:et sors mittebatur sup ea:nec dimissa est illi nisi vnica tunica rubea:videlicet caro sua mūdissima suo pciosissimo sanguine rubricata et vulnerib⁹ lacerata. Insup et ab ista fuit aia sua sanctissima ipo cruciatu eiecta:nec insup suffecit eis xpm nudare vestibus suis. Insup et ipm deriserūt vestibus alienis:nunc clamide coccinea.nūc purpurea nūc xo veste alba:nūc velant oculos:nunc pcutiūt pugnis: nūc autez alapis:nunc polluunt sputis vt sic nihil deficiat ad multiplicationē ignominiosi dedecoris.p gloria suscepti honoris.p omnibus supradictis Esa.lij.ait. Ecce intelliget seru⁹ meus et exaltabitur et eleuabit et sublimis erit valde.sicut obstupuerūt sup eum multi sic inglia erit inter viros aspectus eius.

Articulus tercius scde ptis vbi p septē alias rationes ostendit magnitudo obprobrij mortis cristi iesu scōm cām formalem.

Tercio insup ait humiliatus suz nimis:ppter causam formalē. Ad intelligendū insup stupendā abyssū humilitatis passionis ihesu christi contemplemur mortis ei⁹ causaz formalē. et apparet etiā abyssus humilitatis et vilitatis ex septēplici alia rōne. Primo ppter derisionē scōo ppter afflictionē et flagellationē. tercio ppter cozonatōem. q̄rto ppter nudationem q̄nto ppter crucifixionem.sexto ppter blasphemationē.septimo ppter pfusionē.

Prima ratio. Capi. j.

Primo ppter derisionē.vñ q̄to ē psona sublimioz in septez gratijs seu dignitatibus.de quib⁹ dictum est in arti.pcedenti scz in natura i forma in gratia.in sapientia.in fama.in seq̄la et in gloria:tanta derisio sibi facta vitupabilioz est. Sed xps sicut supradictū est habuit oia pdicta sup oēs creaturas alias:quare derisiones ei⁹ grauiores fuerunt q̄ posset hūana lingua enarrare aut mens aliqua cogitare. Expgiscere anima deuota et considera q̄ ille qui est summa reuerētia angelox.propter nos factus est ludibriū impiox.t q̄si pla derisionis eox.qz de ipso mutuo colludebant mittentes ad alterutruz pfusione repletum. Nā annas misit illum ad cayphā. cayphas ad pylatum.pylatus ad herodē. et herodes remisit eū pylato:et semp in supradictis locis atq̄ in eox itinerib⁹ derisus est. vñ ppheta in pſona dñi ait. Oēs videtes me deriserūt me. Atq̄ de triplici derisione imediate subiungit. Prima fuit verbox.scōa signox.tercia sermonū yronicox. Prima fuit verbox.vñ dicit Locuti sunt labijs.i. pside rate.scz falsa imponendo. et falsa pmittēdo vñ Matħ.xxvij.dicebant. Alios saluos fec seipm nō pōt saluū facere:ecce falsa impositio. Si rex israel es descende de cruce et credimus:ecce falsa pmissio. Ad exponēs ambrosi⁹ ait. O stulte et cece grex sacerdotū. nūquid impossibile est ei de puo ligni stipite descendere:qui descendit de alta celox sublimitate:nuquid tua vincula possent illū tenere quē celi nōn possunt cape.non venit inq̄ vt se liberaret qz sub seruitute nō erat.ꝫ vt nos de seruitute redimeret. Scōa derisio fuit signum. vñ ps. subdit. Et mouerūt caput. Unde Matħ.xxvij. Pretereuntes aūt blasphemabant eū mouentes capita sua dicentes. vach qui destruis templū dei.et in triduo reedificas illud. Tercia derisio fuit sermonū yroni

cox q fiũt qñ bona imꝑperabant. Et de hac ꝓphera subdit. Sperauit scz xp̃s in dño vicz deo patre. eripiat eũ scz de manibus nr̃is saluũ faciat eũ. scz resuscitãdo illũ: qñ vult euz vtiꝑe dicit. Et itex Math. vbi s̃. Confidit in deũ libét eũ nc̃si vult. dic̃ eñ qñ filiꝰ dei sũ. H q dc̃ derisio p̃figurata est Ps. ix. in derisione noe. Hoc sic̃dez xp̃s est vinea iudei: inebriatio passio. obdormitio mors. denudatio hũanitatis ostensio. Sem et iaphet duo ꝓpũ. iudei scz et gentiles: vestimentũ est sacramẽtũ: maledictio Cham inde ꝑditio. eius irrisio iudeorũ derisio fuit. vñ Luce. xxij. et Math. xxvj. dicit q cozã Anna et caypha velauerũt faciẽ eius: et colaphis eũ ceciderũt. alij aũt palmas in faciẽ eiꝰ dederũt dicẽtes. Prophetisa nob̃ xp̃e q̃s est q te pcussit. In q diligent tria adũte. Primo q velank oculi eiꝰ ptra pcñm q invisu cõmisit eua. scdo q colaphis ceciderũ euz ꝓpter pcñm gule. in q Eua offendit. De his duobꝰ ꝓpheta in ꝑsona dñi ait. Confortati sũt qui ꝑsecuti inimici mei inuste. que nõ rapui tunc exsoluebam. Tercio q̃z palmas in faciem eius dederũt scz dicentes tanq̃z diuinatori ꝓphetisa nobis xp̃e q̃s ẽ q te pcussit.

Secunda ratio. Capit. ij.

Secũdo ꝓpter flagellatõem seu afflictionẽ. Quanto enĩ q̃s est sublimioz in septẽ gratijs antedictis. tãto flagellatio et afflictio sibi illata obꝓbriosioz est: dictum est enĩ s̃. q illas habuit in sublimi. Sed audi afflictonẽ oim mẽbroꝝ corꝑis sui. Mã pedes eiꝰ discalciati t nudi cũ p totam ptem noctis et p magnã partez diei huc et illuc ab eis furoze ebrioso ducerek pie credendũ ẽ q sepius eũ in lapides impingebant. et fundebant p viam sanguinẽ sacz vitalia membza ac respirantia sicut coz et pectoris cõcauũ. et silia dira fuerũt afflicta intimorũ et multoꝝ suspirioꝝ et gemituũ assumptione. crura coste et corꝑis latera atq̃z dorsũ et vniuersalr alia membza in dura flagellatõne afflicta fuerũt: i qua supficies carnis suete nere et delicate fuit crudeliter lacerata t sanguine cruentata. et brachia vltra h̃ dure fuerũt ligata atq̃z ꝑstricta et hincinde ante et retro ꝓtumeliose retorta. tã in orto q̃z in domo Anne cayphe pylati et herodis: ab oibus eñ ꝑdictis locis ligatus deductus fuit. humeri eius afflicti fuerũt duro onere crucis. t tunc maxime credo collũ afflictũ fuisse chamo i eo posito: p quẽ ad maiorẽ ꝓtumeliam traherek os q̃z afflictũ fuit tam fetido osculo ꝑditoris fellis et aceti amaro potu. nares afflicti fuerk horribili fetore sputoꝝ abhoiabiliũ iudeorũ. et fetore cadaueꝝ mortuoꝝ. qz in loco caluarie in cruce appensus est: p facies illa in q angeli desiderabant ꝓspicere deturpata fuit impioꝝ sputis. gene q̃z afflicte fuerũt et tumefacte ex sanguine atq̃z liuore ꝓsperso. ex pcussionibus faciei: tũ etiã ex corona spinea p quã sanguis p eiꝰ faciẽ defluebat: oculi etiã fuerũt afflicti ꝓfusi atq̃z velati. fletu reliq̃ti et in aspectu terribili inimicoꝝ suoꝝ ignẽ furoris et ira cundie spirantiũ mirabilr cruciati. nec nõ qz videbat matrẽ et discipulũ quẽ diligebat Jesus flentes et cruciatos: aures eiꝰ replete fuerunt obꝓbrijs. vertex capitis afflictus fuit durissimis spinis scz pcussione arũdinis. maxime flagellatus in capite tanq̃z ꝰupbus. in facie tanq̃z ribaldus. in collo tanq̃z stultiꝰ. Prozcie tanq̃z ribaldus. in collo tanq̃z stultiꝰ. Prozinde ꝓpheta ait in ꝑsona dñi. Fui flagellatus tota die: castigatio mea in matutinis. Et Esa l. Corpus meũ dedi pcutientibꝰ. et genas meas vellentibus. Sic enĩ vnũ membꝝ patitur cauterijs ad alterius curationẽ. nã brachium minuit ad corꝑis sanatõez. Sic etiã xp̃s vulneratus est ꝓpter iniq̃tatũ nr̃aꝝ sanatõez. vñ Esa. liij. dicit Vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: attritꝰ ẽ ꝓpter scelera nr̃a. disciplina pacis nostre sup eũ. t liuore eius sanati sumus. oẽs nos q̃si oues errauimꝰ. Vnusq̃sq̃z in viã suam declinauit. et dñs posuit in eo iniquitates oim nr̃m. i. penã satisfactiuaz ꝓ oibus pcis nostris. vñ Leuit. xvj. mystice est xp̃s designatus p hyrcũ in desertuz pcã pũ deferentẽ. hec oia q̃sto facta fuerũt hominꝰ sublimioꝝ maxime in septẽ gratijs de quibꝰ dictũ est. tãto maiorꝝ obꝓbrijs extiterũt.

Tercia ratio. Capitulũ. iij.

Tercio ꝓpter cozonationẽ quasi t rex esset stultoꝝ et iniquoꝝ. Sic enĩ dicit Math. xxvij. Pylatus sciens q ꝓpter inuidiaz tradidissent illum: voluit eum pluries liberare. q̃ quidẽ diuersis modis temptauit. Primo allegatione sue innocentie dicens. Ego nullam causã mortis inuenio in eo. Videns aũt q hec causa iudeos ad iram amplius ꝓuocasset: accepit secundam liberationis viam. scz mutationem foꝝ. transmittendo eum ad herodẽ tanq̃z galileum et sibi ꝓpria dominatione subiectum credens q herodes non iudicaret h liberaret subditum suum. cunq̃z nec sic ꝓfecisset: terciam cõpulsus est inuenire viaz. s. faciare iudeoꝝ impietatem cotumelijs t suppliciijs sup dñm irrogatis. vt sic obꝓbrijs

eius saturati: mortem eius amplius non sitirent vnde credendū est q̄ ꝯto vilius ⁊ contumelioſius potuit ihesum coram impioꝝ oculis p̄sentare dispoſuit. scz nudatū propꝛijs vestibus cruentatū et liuidū flagelloꝝ ictib⁹. sola purpura in derisionem amictuz. spinis cozonatum. vultu velatum. sputis deturpatum. genis et tota facie et ictibus alapaꝝ tumidū. et sic in ꝓspectu ꝑpli apparuit vilissime derisus et vituperatus. Et quia allegauerunt q̄ dicebat se dei filium. pducens eum sic vilipendebat coram ppło. portabat spineam cozonaz ⁊ purpureū vestimentum in derisionē ihesu dicit ecce homo. Quasi dicat: iste non habet diuinitatis insignia. ſ ipm esse hominez despectū. et vilificatū atq̄ doloꝛibus plenuz. in vestris oculis manifestant illa ludubꝛia. Nec ꝓpter hoc saciatus est dyabolicus furoꝛ illoꝝ hominū impioꝝ. ſ magis insanientes clamabant dicentes. tolle tolle crucifige eū. Cū q̄ in fine et in scđa allegatione dicit pylatus ecce rex vester. vere prolatum est hoc verbū nam omniū obꝛobꝛioꝝ et omnium despectuum et abhominationū vite p̄sentis pozꝛtauit cozonam. et merito dici potuit rex lob p bꝛiozum et vituperioꝝ omniū eius vite. Nūc egredimini ergo filie syon: et videte regē Salomonē in dyademate qua cozonauit eū mater sua scz synagoga. Expergiscere o anima mea et audi Bernū. qui in quodam sermone ait. Caput angelicis tremebundū spiritibus densitate spinarum pungitur. facies pulcra p̄e filijs hominum: sputis iudeoꝝ deturpatur. oculi lucidioꝛes sole: caligantur i moꝛte: aures que audiunt angelicos cantus: audiunt peccatoꝝ insultus. Os quod docet angelos: felle et aceto potat. pedes quoꝝ scabellum adoꝛatur: cruci clauo affiguntur. Manus que formauerūt celos: sunt in cruce extense et clauis affixe. Corpus ceditur. et latus lancea perfoꝛatur. Et quid plura non remansit in eo nisi lingua vt pro peccatoꝛib⁹ exoꝛaret: et matrem suam dilecto discipulo commendaret.

Quarta ratio Capitu. iiij.

Quarto propter nuditatem. Nam in cruce totaliter nudus crucifix⁹ est Unde Ambꝛosius. Auctoꝛ humane salutis sic nudus fuit in patibulo crucis. sicut nudus extitit de vtero marie virginis. O quid erat videre coꝛpus iuuenis tam speciosi in tanta deformitate mutatum et alienatum. ita vt Esaias. liij. dicat. Non est ei species neq̄ decoꝛ. Abdie vnico. c. Stupefactus de aspectu tante deformitatis ait. Contemptibilis tu es valde. Et Amos. viij. in persona dei patris ait. In die illa occidet sol in meridie. et tenebꝛescere faciam terram. i. carnem sanctissimam domini nostri ihesu cristi. qui de terra erat in die luminis. Vide ergo quanta ignominia fuit filium dei cū septē dignitatibus predictis videre in cruce ita nudatum coram omni populo ad obpꝛobꝛij cōplementum. q̄ etiam ad opienda pudenda absq̄ velamine aliquo esset. q̄ nec cui q̄ scelerato lex negare solet. Unde Job. j. in persona domini ait. Nudus egressus suz de vtero matris mee: et nudus reuertar illuc. vnde p̄s. inquit. Diuiserunt sibi vestimenta mea et sup vestem meaz miserūt sortem. Unde Ambꝛo. in quodam sermone ait. Auctor pietatis in cruce pendens. testamentū condidit singulis opa pietatis distribuens. aplis p̄secutionem. iudeis coꝛpus. patri spiritum. matri paranymphum. latroni paradisū. peccatoꝛibus infernū. et christianis penitentib⁹ crucem: hec ille. Ecce q̄ propter nos omnib⁹ se spoliauit. vt nos ditaret.

Quinta ratio. Capi. v.

Quinto ꝓpter crucifixionē. Quanto eñ homo sublimioꝛ est in statu tanto ignominioſa moꝛs eius vituperabilioꝛ est. Considera ergo sublimitatē christi in predictis septem. ⁊ moꝛtem crucis. nā patibulū crucis erat supplicū pessimoꝝ. et p consequens ad maius vituperiū eius hoc excogitauerunt. Unde Sap. ij. in ꝓsona iudaici ꝑpli dicit. Moꝛte turpissima condemnemus eum. Et Jeremias. xj. in ꝓsona dñi dicit. Cogitauerunt sup me consilia. d. Uenite mittamus ligna in panem ei⁹. i. crucifigamus eū vt crucifixio eius. sue doctrine quā dicit panez cōmisceatur. ac per hūilitatem supplicij a cunctis viuentibus respuatur. et sic eradicamus eū de terra viuentium. et nomē eius non memoꝛetur amplius. Et p ꝓphetam lamentabiliter dicit. Fodert manus meas et pedes meos. scz clauoꝝ acumine. nec inquit transfixerūt sed foderūt. vt denotet fructum diffusionis gratiaꝝ. qui inde secutus est scz gl̄ia sempiterna. vnde versus. Fossa parit tellus optato tpe celis. Fossa caro christi celica dona dedit. Et subdit ꝓphcta dicens. Dinumerauerunt omnia ossa mea scz ꝑpł violētā coꝛpis extēsionē. sic sup dictū ē. respice mēs ꝺuoꝛa iacło cōpassionis

pcussa ad sponsū tuum dilectum Jesum. ꝛ vi de in pugna hostili pūtis vite illū factum no bis tricolozatū vexilluz: candoꝛ virginee car nis. et nigredo liuida flagelloꝛ. atq; cruoris effusi ruboꝛ ostendūt nostrū recolozatū Je sum. Vexillū vt et tu aia mea sīlī fozmeris ef figie: īnocentia candida: penitētia nigra ꝛ ca ritate ignea rubicūda atq; sic tota pyssimi ie su sanguine colozata: desideres toto coꝛde p eius amoꝛe fundere sanguinē. vt eius moꝛti sanctissime confozmeris.

Sexta ratio ad idez. Ca. vj.

Sexto ꝓpter blasphmationez. q̄to em̄ qui blasphemaꝫ est in gradu sublimioꝛi: tāto ei blasphemia pu blice coꝝ ppl̄o irrogata est grauioꝛ censenda. Sed considera blasphemias p̄ctas ꝓtra iesum anteq; moꝛeret in cruce. Nō em̄ suffecit impijs tanta exercuisse. ludibria ꝓtra eū. quibus p totā noctem vsq; ad hoꝛaz crucis repleuerūt aiam eius. verūetiā oi hūa nit ate postposita oi pudoꝛe reiecto. oino ef frontes ipi scelerati p̄ncipes sacerdotū. cuz scribis et seniozibus ꝑpl̄i. exeuntes de ciuita te ad crucifixionis locū: ibi mansueto agno insultaturi accedūt dicentes. sicut ex p̄ceden tibus ptz. vach qui destruit templū dei. alios saluos fecit scipm non potest saluū facere. cri stus rex israel descendat nūc de cruce et cre dimus ei. et multas alias blasphemias dixe rūt ꝓtra eū. vñ Soph. j. ait. Blasphemauce rūt dōm exercituū. Considera o mens deuo ta q̄to furoꝛe mīstri taliū impioꝝ in oib⁹ acti bus passionis sue tractauerūt iseum: qñ ipsi p̄ncipes sacerdotū et scribe et seniozes popu li in quibus debebat apparere maturitas et grauitas in iudicando sceleratos. etiā ex ime no furoꝛe ad tantam exterius rabiē insania pꝛumpūt. q; in festiuitate sacroꝝ dieꝝ nō erubescentes ꝓtra oēm illoꝝ ꝓsuetudinez ar q; moꝛes. egressi sūt ad locū publici supplicij moꝛiēti iusto sic insultātes. Ammirandam q dem inuerecundiā sui status in b̄ actu demō strauerūt. q; ex hoꝛribili odio in dōm iesuz p cessisse maifeste videꝫ. iō ois imanis crudeli tas q̄ possit excogitari facta fuisse cōtra xp̄m p hos ipios et coꝝ mīstros vt placerēt eis ex coꝝ rabida furia in eū exercitata ē. Unde p pheta in ꝑsona dōñi ait. Circūdederūt me vi tuli multi: thauri pingues obsederunt me. Aperuerūt sup me os suū sic leo rapiēs et ru giens. Cogita g̃ fidelis aia q; crudelit tracta uerunt eum cū denocte libere haberēt eū in manibus suis. qñ cuz inaudita impudentia sic coꝝā oi ppl̄o execūtes oi reiecto ruboꝛe pū gnuas inuectiones et ꝓtumelias derisiuas exclamauerūt alta voce ꝓtra hoiez deficientē moꝛientē. et pendentē in ligno. et toto coꝛpe sanguine defluentē. vñ merito Jere. xij. in p sona dōñi ait. Hereditas mea q̄si leo in silua. scz ꝓpter crudelitatē. Et itez ꝓpheta ait. Au diui vituparōez multoꝝ cōmoꝛantiū in circui tu. scz crucis mee. Et iterū. Obpꝛobria exp bꝛantiū tibi o pater eterne: ceciderūt sup me ego aūt tanq; surdus nō audiebā: et sic mu tus nō aperiēs os suū. Et alibi dr. Aduersū me loquebanꝫ q̄ sedebant in porta scz ad spe ctaculū moꝛtis mee: et in me psallebāt qui bi bebant vinū scz in cōuiuijs et tabernis. quia dies festi erat.

Septima ratio. Capi. vij.

nunc interrogas quem queris. Tu lachrymas ipsa vidente fudisti ad germanicū funus tu interpellatus iudex eius aduocatus esse potius voluisti ne impediret dulcis cōtemplatio eius cum illam sedere cognoscēs ad tuos diuinos pedes pro te laborante sorore sua tu te sibi dedisti gaudium sedē sempiterno tu eam signis atq; signatis tibi sancto amore per omnia colligasti nunc ꝺo ꝑuata solatijs repleta mesticijs imbuta angustijs. Tu queris. Mulier quid plorας. Tu quidem in ea plantasti fidez qua te querit tu in ea firmasti spez pro qua in te ꝑfidit tu protinus radicasti in eius animo charitatem qua te diligit tu rigas illam vt incrementum suscipiat in visibilib⁹ aquis charitas a teipso diffusa i te ipsum refusa eam ad monumentū ligatam tenet ꝛ illam interrogas quid plorας tu causa questus tu causa doloris tu causa ploratus tu inquietas illā tu angelis illam auertis tu ipsam in pace viuere non sinis quid ergo bone iesu interrogas diligentem atq; dilectum quid plorας quem queris dulci magister ꝛ amor anime sue ad quid queso prouocas spiritū eius tota manet in te tota sperat in te tota desperat de se. Ira querit te quia non est in se sed ꝓpter te est extra se quid ergo queris q̄d plorας quem queris an putas. quia dicat te ploro te quero nisi tu prius inspiraueris ꝛ dixeris in corde suo ego sum quem queris quez plorας an putas quia ipsa cognoscat te q̄diu volueris celare te. At illa estimans quia hortulanus esset dixit illi. Dñe si sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum ꝛ ego tollam eum. O dolor miserabilis mulier ista doloris nube obtecta non vidit solem q̄ mane surgens radiabat per feneſtras eius qui ꝑ aures cordis sui iam intrabat in animam suam. Sed quoniā amore languebat. Isto amore sic oculi cordis caligabāt vt non videret quem videbat. videbat enī iesum sed nesciebat quia iesus est. O maria si queris iesum cur non recognoscis iesum ecce iesus venit ad te ꝛ quem queris querit te. ꝛ tu estimas eum hortulanū. Est enī iesus est etiam hortulanus. ipse enim seminauit omne bonum semen in horto anime tue. ꝛ repullulātem infidelitatem nunc aduenit extirpare. Quid est etiā hoc quod dicis si sustulisti eum de quo intelligis eum quis intelligit eum q̄ tamen nomen illius quem queris non pandis sed hortulanus tuus est notus sed tua desideria nouit. nescis quispiam sit quē tanta diligentia queris. quem eum interrogas ac si presente ipso illum eum in monumento clausisset quem eum quid iste si hortulanus est. De isto de quo queris agnouit. hoc nempe cum desiderio querentis agit vt qō querit credat alios nosse. Sicut in Cant. j. sponsa ait. Indicate mihi quem diligit anima mea. Sic etiam euenit in maria. Sed o maria optime nescia loqueris quia non patrem non fratrem non sororem non filiū nō amicum terrenū inquiris sed eum qui est q̄ venturus est vt dum sic ꝑfertur sine agnominatiōe fuisse sciatur. Sed quid est mulier quod dicis ꝛ ego eum tollam. Joseph enim timuit ꝛ non fuit ausus tollere corpus eius de cruce nisi in nocte. ꝛ nisi peteret a pilato tu autem noctem non prestolaris nec veneris sed audacter ꝓmittis dicens ꝛ ego eum tollam. O maria si forte corpus iesu positū est in atrio principis sacerdotū vbi apostolorum princeps calefaciebat se ad ignem q̄d factura es? ꝛ ego eū tollā? Quid si esſz in domo pilati ꝛ coram militum turba quid inq̄ factura esses ꝛ ego eum tollam. Sed si i platea foret coram multitudine iudeoꝝ q̄d tunc faceres ꝛ ego eum tollam. O admirabilis mulieris audacia. O mulier nō mulier nullum locuꝝ excipit nihil anteponit sine timore dicit absolute ꝓmittit dicito mihi vbi posuisti eum ꝛ ego eum tollam. O mulier magna est ꝑstantia tua magna est fides tua sed quomodo mulier qua valitudine quib⁹ viribus quo ingenio corpus tam graue posses portare sola cum vna fueris de portatoribus ad sepulchrum nunquid tecum tuas socias habere te credis recesserunt. ego euꝝ tollam. Amor enī impossibile ad possibile sua opinione reducit. ꝛ quod nequid efficere posse se credit. Tu ergo bone iesu noli vltra protrahere desideriū eius quia iam triduo sustinet nec habꝝ vnde satiet esurīē anime sue nisi tu te manifestando porrigas illi panem corporis tui. Non enī diu poterit retinere vitaꝝ corporis sui nisi cito manifestes vitaꝝ anime sue. Dixit ei iesus. Maria. Hec siquidem vox exprimens nomen eius penetrauit animam eius. solitam virtutem i verbo illo sensit. sola solum solite intellexit ac ꝑ hoc solitam vocem agnouit vbi ergo audiuit maria. Sic enim consueuerat eam vocare magister eius persensit in ipso nomine dulcedinem dei ꝛ per eam cognouit ipsum a quo vocabatur esse magistrum suum. Tunc vero reuixit spiritus eius. Et tunc

recepit etiam fidem. Unde statim in genere dixit ei raboni quod dicitur mgr quo puersa vtiq; ad loquentem t cum primo puersa esset retrorsum t illum vidisset. t hortulanum sua interrogatione completa reconuertit oculos ad sepulchrum ac vndiq; girabat aspectum sperans ex aliqua parte apparere dilectum nunc vo audita voce quasi subito se conuertit ad eum vocans magistrum cuius dulcedinẽ senserat i doctrina. O mutatio dextere excelsi. O pietas saluatoris. O mia redemptoris puersus est dolor magn⁹ in gaudiũ maximũ mutati sunt dolores in lachrymas gaudij t amoris. Sed arbitrabatur maria non se indigere verbo que inuenerat verbum t longe vtilius fore arbitrabatur tangere verbum qm audire verba currit ad pedes eius vt amplexaret t oscularetur eos. O amor fortis t impatiens non ei sufficit videre iesum t cum iesu loqui nisi etiam tangeret iesum. Sciebat enim q virtus de illo exibat t sanabat omnes. Dixit ei iesus. Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum: s. fm tuum iudicium in fidele ac si aperte dicat tibi non ascendi quasi eã de infidelitate redarguens q non credidisti perfecte equalem esse se patri. vel forte hoc ait vt eam humiliaret ne nimis presumeret quia ipsum resuscitatũ prima oium pspexisset distulitq; ei pcedere tactum donec secunda vice cũ altis apparerz. O dulcissime dñe o pie magister q̃ bonus es qui recto sunt corde. O q̃ beati pedes qui in simplicitate cordis querunt te t q̃ felices sunt qui sperant in te. verum vtiq; est t indubitanꝫ est verus q tu diligis oẽs diligentes te. t nunq̃ deseris sperantem in te. Ecce enim hec dilectrix tua simpliciter querebat te t veraciter inuenit te sperabat in te t non derelicta est a te. Et addit dñs marie dicens. Vade ad frẽs meos t dic eis. Ascendo ad patrem meum t patrem vestrum: deum meum t deum vestrum. statimq; disparuit. Ecce igiꝫ iam constituitur magdalena inter hoies prima nũcia glorie resurrectiõis. Christus enim suo pprio benedicto ore ipsam primã sue resurrectionis euangelistam facit efficitur pconissa vt nunciet his qui hanc resurrectionẽ p vniuersum orbem terrarum pclamaturi erant Et merito reformationis humane hic ordo pueniens fuit vt mulier que erat peccatrix prima cognosceret t nunciaret gloriam resurrectionis vel resurgentis que transgressionis foueam primo fodit. Hinc Greg⁹. ait ibi ostenditur culpa humani generis vnde processit. quia enim mulier in paradyso ppinauit viro mortem. a sepulchro mulier virũ annunciat vitam t dicta sui vitificatoris narrat que mortem mortiferi serpentis narrauit. Secunda vo apparitio facta est trib⁹ marijs simul. Cum enim iam disparuisset iesus ab oculis magdalene iam illa stabilita i fide aqua exciderat egreditur hortum. illico reliquit sepulchrum nec vltra se vt aspiceret inclinauit nec amplius si adhuc essent vel recessissent requisiuit angelos testes de resurrectione credula de quesito iocunda de inuento in animo psolata. Et vt iussum dñi et magistri perficeret animo t corpore festinabat cunq; festina rediret socias suas in itinere infra sepulchrũ t hierusalem consternatas animo leto gradientes vestigio adinuenit quas etiam sociali discretione retento pede atq; interposita sessione dum ista cum maria fiebant nescientes credimus expectasse. Ad quos cum peruenisset maria leto animo iocundo vultu festinoq; cursu t effatu enarrat resuscitatũ iesum t eum tanq̃ hortulanum audisse t vidisse tamen eum tangere non potuisse. Cunq; versus hierusalez festino gressu pariter irent sicut Matth. xxviii. ait. Ecce iesus occurrit dicens. Auete. Ille autem accesserunt t tenuerunt pedes eius ac adorauerunt eum: se eniz tangi permisit qui se prius tangi magdalene negauit. Gesta eteni christi nunc negata nunc concessa nunc prohibita nunc; pmissa magnaã nobis astruunt rationalem mysterij veritatem et vnũ t idem quod vno tempore denegat alio conceditur vt. s. defectuz in inquisito indignitatem in querente ineptitudinẽ in modo importunitatẽ in tempore indecentiam iure negatur importare credamus. cum vo conceditur his caruisse atq; ornari cõtrarijs firmiter nec tamen pro tanto diuinũ mutatur consilium si opera varient. Nouit enim puidentia dei sine dolo nostris vtilitatibus consulens qualiter t quid nobiscum diuersimode sit agendũ. t nunc pcliue mulieres tangunt t osculantur dñicos pedes. t ad solita reuertitur magdalena atq; noscunt resuscitatũ quem videbant crucifixum t in theca petrina reclusum. Tunc ait illis iesus. Noli te timere. ite nunciace fratribus meis vt eãt in galileam ibi me videbunt. Vocat enim eos fratres amantissimus princeps tum vt ostendat se vere resurrexisse in carne generis nostri ꝺ primo parẽte tracta tũ vt ad sui

amorem magis eos accendat ⁊ ad fiduciam societatis sue ac visionis corroborет ⁊ confirmet cum vt filios eterni patris ⁊ christi se nouerit coheredes. ¶ O igitur huius almi regis benignitas qui relictus in bello pauidos suos formidolosos ⁊ fugitiuos socios cū euasit noiat fratres ⁊ in nouitatē celestem eis in suo corpore ostendere repromisit. ¶ O dulcis excelsi suauitas qui cum negantes ingruenti bello tempe tenebrarū fraternū ad eos se dicit tenuisse amorem. ¶ O insolita clementia ꝓncipis qui post pressuram caumaq; bellorum post victoriā de ligno de tumulo ō tartarea lege reportatā sub eterno pfe ꝓtinuo apellat fratres. ⁊ sicut Johā. xx. ait. Venit maria magdalene .s. cū alijs marijs nuncians discipulis quia vidi dñm ⁊ hec dixit mihi. ¶ Tertia aparitio facta est petro sic Lu. vltl. patet. non enī deerat pijs apostolis sollicitudo querēdi si repare possent vllatenus resurgentē ad qō feruētissim⁹ quidem erat petrus vnde eo ab alijs segregato nescio in quo loco quem sacra scriptura silet apparuit ei dñs atq; cor eius ꝓfortauit in fide deditq; finem infidelitati ac lachrymis eius qui regressus ad ceteros cum gaudio sibi apparuisse dñm nunciauit. qō quidem cum auditū est ab aliquibus desidia facta est aliquibus spes. aliquib⁹ ꝓturbatio quasi singularitatē aparendi causantib⁹ aliquibus ꝓficiēdi crescebat auiditas vt possent videre eu. ¶ Oto autem gaudio atq; fiducia repletus fuit petrus quis exprimere posset ſm enī Chryso. Primo inter viros apparuit petro primo qr erat caput oīum. Secō ne ꝓpter negationē factam desperaret. Tertio ꝓpter exemplum mie dei ad peccatores redeūtes ad eum.

Secūda resurrectiōis christi iocūditas est generalis. s. que facta est in duodecim aparitiōib⁹ post p̄dictas. ¶ Primo ei apparuit duobus discipulis euntib⁹ in emaus quā Luc. xxiij. plixi⁹ narrat. ⁊ breuit in vltl. c. Mar. ¶ Secūdo apparuit pluribus in hierusalez thoma absente. ⁊ clausis ianuis stetit ihesus i medio eorum dixit eis. Pax vobis. sic Joh. xx. ait. et Lu. xxiij. ait. Omnes autē predicte q̄nq; aparitiōes facte sunt in ipso resurrectionis die. ¶ Tertio post dies octo apparuit ihesus ⁊ stetit in medio discipulorū p̄sente thoma cui palpādas p̄buit cicatrices vulnerum Joh. xx. ¶ Quarto apparuit ad mare tyberiadis sicut Joh. xxi. tradit ō qua dicit hic. Jam tertio manifestat⁹ est ihesus discipulis suis cum resurrexit a mortuis non tamen intelligendū est simplicit̄ q; fuit tertia ꝑ quia facta fuit tertio die de illis diebus in q̄bus christus apparuit eis. ¶ Quinto apparuit in monte thabor vndecim discipulis suis vbi ꝓius ꝓstituerat illis. ⁊ hec fuit solennis aparitio de qua ⁊ ante mortem ⁊ p⁹ resurrectionē tam per se q̄ per angelos sepementio facta fuit. ⁊ tunc singularit̄ eum adorasse dicunt Matth. vltl. licet etiam nō sit dubium q; q̄cunq; aparebat eis eum cum multa reuerentia adorabant. hic tamen singulariter enarratur vt per hoc huius aparitionis excellentia demonstret. ¶ Sexto apparuit in die ascensiōis de qua Mar. xvj. ait q; nouissime recumbentib⁹ vndecim discipulis apparuit illis ihesus quia ſm Aug̃l iaz non erant ammodo cum illo in terra ꝓiuaturi ¶ Septimo apparuit eodem die in mōte oliueti quando viderunt eum ascendentem in celum quam Mar. et Lu. in fine euāgelioꝝ suorum breuiter tanguut. sed in ꝓncipio libri Actl. plenius enarratur licet enīz ab euangelistis non ponant nisi predicte decem aparitiones tamen etiam alie fuisse creduntur. Unde Joh. in vltl. euangelij sui ait Multa quidem alia signa fecit ihesus in ꝓspectu discipuloꝝ suorum que non sunt scripta in libro hoc. Paulus quoq; .j. Corinth. xv. tres etiaz supaddit vt sua pro. xiij. computetur sicut ⁊ in tertiodecimo anno post dñicaz passionem apostolus gentium doctor fact⁹ est. Dicit enim ibidem q; visus est plusq; q̄ngentis fratribus. Deinde visus est iacobo. scilicet minori ⁊ hec intelligēd facta etiam in die resurrectiōis. Unde hierony. refert. q; dolore mortl sauciatus se nunq; comedere vouerat nisi christum videret resurrexisse a mortuis. huic ergo aparuit dñs ⁊ dixit ei ⁊ his qui cum eo erant. Ponite mensam. Deinde panem accipiens dedit ei dicens. Comede frater dilecte mi quia filius hois resurrexit a mortuis. Addit quoq; apostolus ibi supra. Nouissime autem oīum tanq; aborti uo visus est ⁊ mihi. Potest etiam addi visio illa. quam Joh. in Apoc. j. refert eū vidisse instar lucentis solis. Scribitur etiam in euāgelio Nicodemi q; ioseph qui sepelierat sanctissimū corpus dñi ꝓpter qō ⁊ captus fuerat a iudeis ⁊ in q̄dam cubiculo diligenter sigillato reclusus quē post sabbatū interficere ordiabāt. Illi igr̄ fleti apparuit dñs ihesus exr̄gē fact̄q; facie ei⁹ osculat⁹ ē eū. demūq; salutis sigill̄ in domo ꝓpa eū collocauit Ex q̄ māife

ste patet q hec aparitio in die resurrectiõis fuit facta. Ex omnibus predictis patet q dn decim aparitiões scribunt facte postq̃ christus a mortuis resurrexit.

¶ Tertia quoq̃ resurrectiõis iocunditas dicit maternalis quia enim de sacre matris sue ꝓsolatione p̃ resurrectionẽ nihil euangelica testat hystoria non credendũ est ꝓpterea q benignissimus iesus fauus ꝓsolationis t gre qui ceteros tm̃ studuit ꝓsolari oblitus est mris sue quam solam nonerat mortis sue amaritudines plenissime degustasse. placuit tamen ꝓuidentie dei nihil de hoc p euãgelicos apices referari t hoc maxime ꝓpter tria. ¶ Prio ꝓpter infidelitatẽ. scõo ꝓpter infirmitatem tertio ꝓpter sublimitatẽ. ¶ Primo ꝓpt infirmitatem. tanta eni certissima firmitate cõstabat virgini matri de resurrectiõe filij sui. vt nec p primũ aut mimũ dubitatiõis motũ circa hoc fuerit ꝓpulsata qõ quidem facile erat credere ex hoc q p singlarissimaz electa erat in matrem christi dei t in reginã ac dominã angelorz ꝓpterea ipso silentio scripturarũ melius ostendit hoc debere teneri vt oino indubitatũ q̃ fieret quacunq̃ scriptura. ideo sicut luculent patet scriptura posuit talia fundamẽta illumiata t alia maiora concludit q̃ posset lingua seu littera explicari. ¶ Posuit eni modum altissime ꝓceptiõis vtputa angelo nũciante t spũisancto obũbrante describitq̃ illam vt dolorosam matrem filij dei morientis p nobis atq̃ eam iuxta crucis stipitem collocauit. ¶ Quod si verum est imo verissimũ est q. ij. Corz. j. apostolus ait. sicut socij passionũ estis ita t ꝓsolationũ eritis mẽsura q̃tum virgo mater resurrectioni filij sociata ideo certissime tenẽdũ est q dulcissim⁹ filius eius primo t ante omnes resurrectionis eius gr̃ose leticia ꝓsolatus est eam. qõ et sancta rhomana ecclesia sentire videtur que in rhoma in resurrectiõis die ad sanctã mariam maiorem ordinat stationẽ. Si autẽ arguere velis q corzpaliter non aparuerit ei. eo q hoc non testant euangeliste non pie cõcludẽ necesse erit q in resurrectiõis leticia i mundo nunq̃ viderit eum. quia sicut nec p mo sic nec vltimo nec medio materno ꝓspectui apparuisse refertur. ¶ Secũdo autez factum est ꝓpter infidelitatẽ. quia eni spiritui sancto cura erat p scripturam euangelicam illas aparitiões describere que carnalibus hoibus possent de resurrectiõe christi fidedignum testimoniũ phibere. t maternus affectus in eoz oculis minuẽt veritatẽ. Jõ nulla scripta est aparitio ex testimonio matris non erat tm̃ in reiueritate i omni creata atq̃ creanda natura post ipsum iesum tm̃ testionium veritatis q̃tum in ipsa lingua mr̃na. nec cui tm̃ credere debeat mens deuota p tẽ xtum ergo euangelicũ tm̃modo debuit reseruari per quem modũ doctores p̃mi fidei nostre de resurrectiõe fuerit certificati ita vt ex hoc comꝑhenderem⁹ quõ facti sunt resurrectionis christi idonei testes quibus fides ab omnibus esset indubitant exhibẽda de apparitione autem matris t ꝓsimilib⁹ nihil in euangelijs repitur. quia a spiritusancto credenda t inuestiganda illis tm̃modo relicta sunt qui a suo lumine illustrant. ¶ Tertio quoq̃ factum est ꝓpter sublimitatẽ. Post resurrectionẽ vo christi nihil de matre t etiaz ante p euãgelia pauca referunt quia apitiones christi exhibite matri t familiaria inter eos colloquia atq̃ amoris sublmia signa in tm̃ debuerũt esse supintellectualissima t intimissima atq̃ ineffabilissima. q nec potuerũt ab inferiorib⁹ dici vel sciri nisi cum tanta diminutione sua q eas dicere nobis esset nobis illarum excessum quodãmodo denigrare. Si quis tamen pie deferre vellet textui euangelij sacri t dicere q corzpali aspectu p̃mo aparuit magdalene. posset vtriq̃ fideliter ac deuote ꝓuenire si distinguam⁹ duplicem visionem primã. s. corzpalem. scõo spũalem. Prima autem est debilis t infirma. t sepe multe illusioni deceptioni t vanitati subiecta. Secũda autem est stabilis certa t clara que de leui non nisi purgatis mentibus exhibetur. Esto ergo q visionẽ primã prõ q̃dam priuilegio speciali amoroſus iesus voluerit impartiri non dubium esse debeat q certissimo mentis intuitu beata virgo maria t resurrectionẽ christi vidit t certe cõgnuit atq̃ iocũdissimis amplexib⁹ aie sue strinxit. Insup dici posset q spũsancto dictãte nihil in sacro textu de corzpali aparitiõe sibi facta referr̃. q non indigebat talib⁹ aparitõibus roborari t ꝓfirmari. Posset q̃ meditari deuote q sicut ipsa fuit sũme passa ac christo cõpassa sic christi cõpassiõe finita mẽs eius spũali ꝓtẽplatiõe vulnerũ filij cauernis inclusa t intra ipsius sepulchri angustias ꝓsepulta vicem vt sic liceat loqui dulci iesus aie fungebat. Cunq̃ per spiritũ illustrata resurrectionis horam sentiret instantẽ aduenientem aiam filij. vbi in ꝓpria gloria sumẽt corpus suum sic deuote allocuta est. Quid mi

dilecte fili aduenisti factus? si vis me totā in tuam gloriā absorbere. reddo depositus qō sola custodio. me tuo vis dolore atq; passione priuare t has tui corpis apturas in qbus solis vnio tua vis satiare medicina nō aimo aut ergo me in tuam assume gloriā aut mihi dimitte tui dolozis memoriā t sapozez. Cui amozosus iesus deuota psolatiōe respondit O mater mea dulcissima non pōt pusillus grex istoz filioz tuoz tua nūc societate puari. Oēs eni deficient nisi tue fidei fulcimēto firment t nimis vtiq; durū esset eos simt me pastore t patre t te mgra t mre puari. Dul tus eni mihi p eos ppls acqrendus est qui ō viscez suoz charitate precedet. Patient ergo ser pia mater atq; dulcissima q te ad tps cuz illis relinquā t corpus meū in gloriā maiestatis assumā. nec tamen credas dulcissima mater mea q passionis mee thesaurū velim de tua anima remouere q̄tūcūq; glozioſus resurgam. In ipsa eni corpis gloria mea apparebūt ipsa victozie signa. apertaq; relinquā vulnera in carne mea q̄tūcunq; sanata p que dulcissima mater ad cordis mei thalamū habebis ingressum vt. s. ad me intrās et ad filios exiens inde posses aspozare qō velis t tuis filijs dispēsare. Exurge ergo gloria mea quia psummata est resurrectio mea tunc pūssima mater tota trāsportata in gloria filij resurgentis ipsum dulcissime se alloquentē audiuit. Resurrexi t adhuc tecū suz alleluia. posuisti super me manū tuam alla. mirabilis facta est scientia tua alleluia. Et de hoc paterno honoz mille milies alleluia in quo filius subito introducit in pspectu materne mentis in gloriaz maiestatis. Quā nobis concedat ipse glorificat? iesus q̄ cum patre t spūsancto viuit t regnat. p infinita seculozum secula Amen.

Feria. ij. post resurrectionem de homine nouo t pegrino cui beatus franciscus vel alius sanctus appropriari pt. Ser. lix.

Tu solus peregrinus es Lu. xxiiij. t in euangelio hodierno. Scōm eni apostolum ad Heb. xiij. Non enim habemus hic manentē ciuitatē sed futuram inquirim?. s. tanq; aduene t pegrini. Et in pma cano. sua t. c. ij. hortatur nos apostol? Petrus dicens. Obsecro vos tanq; aduenas t pegrinos abstinere vos a carnalibus desideriis: que militant adūsus aiam. Conuersationē autem vestram inter gentes habentes bonam. Hec pfecto obseruās beat? F. potuit dicere cum pphēta in ps̄. xxxviij Aduena ego sum t pegrinus apud te: sicut oēs patres mei. Quod potest esse aliud thema. In quibus qdem verbis exponūt tres beati francisci status seu amores. Prim? est amor incipiens. scōs est amor pficiens: tertius est amor pficiens vel pfectus. Primus amor eius seu status est incipiens. Et de hāc dicit Aduena ego sum. s. a reg̃ mūdi o dñe iesu xp̄e apō te. s. manens p ardoris desiderium atq; spem. Aduena eni dicit quia abiens de patria alibi cōmoratur. Sic t beatus F. aduenā ab hoc seculo. sed per spem iam pcium in celo dicere poterat cum apostolo ad Phi lip̄. iij. Nostra conuersatio in celis est. Secundus est quo mens beati F. pgrediebatur de virtute in virtutem. Unde ait. Et pegrinus. Peregrinus autē incedit de hospitio in hospitiū. donec pueniat ad locuz quo tendit. Sic facit qui bene transilit. Unde ps̄. Ibunt de virtute in virtutez. Sed q̄m diuc donec videatur deus deoz in sion. Ecce status pegrinatiōis hūane Tertius est amor pfectus quia non ad horam vel ad modicum sum aduena t pegrinus. sed simplicit t pfecte sicut oēs patres nostri. s. apostoli sancti: quoz vestigia sum secutus. Merito ergo dicitur ei. Tu solus pegrinus es. Hos tres status seu amores fuisse in beato F. ostendit beatus Joh. Apoc. j. dicens. Vidi septem candelabra aurea. t in medio candelabroz aureoz similem filio hois vestitum podere: et pcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius t capilli erant candidi tanq; lana alba t tanq; nix. Et oculi eius velut flā ma ignis: t pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti. Et vox illius tanq; vox aquarum multarū. Et habebat in dextera sua stellas septez. t de ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat. t facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissez eum cecidi ad pedes ei? tanq; mortuus. In quibus sacratis verbis duodecim perfectiones seu pegrinationes anime peregine seu noui hominis seu beati F. per ordinem describuntur. Prima est in vita actiua exercitatio. Scōa ē in vita ctēplatiua delectatio. Tertia i iusticia pfecuratio. Quarta mālis dilectio. Alie q̄tuoz sōiungūt Prima ē lusio sa t matura cognitio. Scōa prudēs discre-

tio. tertia ardens affectio: ḡrta feruens locutio. Subinferam⁹ alias ḡttuor. Prima ē sancta exemplatio. scōa discreta ꝛ efficax ꝓdicatio. tertia fame diffusio: quarta fideliuz veneratio.

Articulus primus de ꝙdruplici pfectione hominis innouati in charitate.

Primo describam⁹ ḡttuor ꝓmas pegrinatiões seu pfectiões hominis noui seu beati. M. que ptinere possunt ad statum incipientē

De septēplici statu noui hominis in actiua vita. Cap. j.

Prima pfectio noui hoīs seu beati M. est in vita actiua exercitatio. ꝛ de hac Jo. ait. Vidi septem candelabra aurea. Septē quippe sūt status vite actiue. Primus est iusticie ad bñ faciendū. Scōs patiētie ad mala tolerandū Tertius sapie ad bene discernendū. Quartus gratie ad sibiipsi ꝛ primo bene ꝓsulendum Quintus innocentie ad nemi nocendū Sextus est humilitatis ad humiliter sibi de gratijs datis sentiendū. Septimus pbationis ad ꝓpriam voluntatē expiandū. Hi autem septem status in septez ecclesijs Apoc. ij. et. iij. describunt. In his mentem iusti labozare necesse est vt ad pfectionem ascēdat. Atq; pinde in septem candelabzis aureis ō signantur. Sicut eni candelabza aurea licet pzecioſa materia sint lumen tamē aliūde habent: sic septem status actiue vite licet virtutum merito p̄cioſi sint: lumen tamē sapientie ex ptemplatiua vita pcipiūt. nam facilit errat actio: quam non dirigit diuina ptemplatio. Propterea apls ad Heb. xij. ptēplari iubet cum ait. Contemplātes nequid desit gratie dei. Hec igitur candelabza septem hoc est p̄dictos septem status i spiritu vidit beatus Joh. in anima beati. M. Primo. M habuit iusticiā: eo q̄ iusta opa cōtinuo dño offerebat super altare intimi cozdis sui: ex quo coz eius adipe deuotiōis impingebatur. Proinde Eccl. xxxv. c. mystice inqt de ipso. Oblatio iusti impinguat altare. id est. coz eius qō altare noīat quasi altares. Et subdit. Et odoz suauissim⁹ est in ꝓspectu altissimi. Secūdo habuit patientiā ad mala tolerandū. Ad h eni vt opus iusticie deo acceptū sit: oporet vt fiat cum magno conamine ꝛ vigoze seu labore. Hinc apls. j. Cor. iij. ait. Unuſq̄sq; mercedem suā accipiet sm ꝓpriū labozem. Ad hūc igitur glozioſuz beatum. M. Apoc. ij. dñs ait. Scio opa tua et labozem tuū: ꝛ patiam tuam. Hoc siq̄dez scire dei est non simplicis cognitiōis quo etiaz cognouit opa reprobox: sed est bñplacitum diuine aprobationis. Per cuius ꝓtrarium Mat. xxv. dñs fatuis virginib⁹ ait. Amen dico vobis nescio vos. Tertio habuit sapientiam ad hñ discernendū. s. taz p gloria dei tam p salute sui: q̄z etiam p vtilitate primi. Ideo de eo Eccl. xxxvij. ait. Est sapiens anime sue sapiēs: ꝛ fructus eius laudabilis Et merito subdit. Vir sapiens implebit benedictiōib⁹: ꝛ videtes illum laudabunt. Quarto habuit gram ad sibiipsi ꝛ ꝓximo cōsulendū: vt merito ei dici posset illud ppbe. Diffusa est gratia in labijs tuis. i. abundanter distributa sunt recta ꝓsilia ꝛ bona doctrina ex sctissimo oze tuo. Sed quia hanc gratiam gratisdatā exoznauit gra que gratūfacit: ideo subditur a ppba. Propterea bñdixit te deus in eternū. id est. benedictione te ducēte ad gloriā sempiternā. Quinto habuit innocentiā ad nemi nocendū. Scōm ei Aug. inocens est q̄ nec miserū facit nec miserum relinquit: que p pietatē seruant. Et ō hac q̄dem sctūs iste plenissim⁹ fuit. Unde ꝓpheta ait. xxiij. Dñe q̄s habitabit i tabnaculo tuo. Et subdit. Innocēs manib⁹ ꝛ mundo coꝛde. Ille ꝛō manib⁹ innocēs est. q̄ nec capit aliena nec sua dat indignis: nec insuper retinet dignis. Que oia sanct⁹ iste pfecit. Sexto habuit humilitatē ad humilit de gratijs sibi datis sentiendū. Mouerat eni Luc. xiij. a dño dictū: qui se se humiliat exaltabit q̄ merito in eo verificatū est. Jō de eo Eccl. xj. dicitur. Est hō marcidus. s. in oculis suementis. egens recupatiōe. plus deficiēs virtute ꝛ abūdans pauptate. Et oculus dei respexit illum in bono: ꝛ erexit eum ab hūilitate ipsius. i. exaltauit caput eius ꝛ mirati sūt i illo multi ꝛ honozaueſt deū. Que oia conueniunt huic sctō. Septimo pbatus ꝛ temptatus fuit ad ꝓpriam voluntatē expiendū Tū de illo Eccl. xxxj. dicit. Btūs est diues qui inuentus est sine macula. Et q̄ post aurū nō abijt: nec sperauit in pecunie thesauris. Quis ē hic ꝛ laudabim⁹ eū: Qui pbat⁹ ē in illo ꝛ pfectus inuent⁹ est: ꝛ erit illi gloria eterna. Nam vt testat btūs Jacobus. j. c. canonice sue. Btūs vir q̄ suffert tēptationē: qm cū pbat⁹ fuerit accipiet cozonaz vite. quam dñs repzomisit diligentib⁹ se. Hec sunt can-

delabra aurea ꝙ est ꝓciosa q̄ ad seipsuz atq; lucida q̄ ad ꝓximū ꝑ exēplū iuꝫ illō ⁊Mat.v sic luceat lux vestra coꝝ hoibus: vt videant opa vra bona ⁊ glorificēt patrē vrm qui i celis est. Sup hec candelabra actiue vite fulgebant in hoc glorioso sancto septē dona spiritus sancti. iuxta illud Esa.xj. Requiescit sup eum spūs dñi. spūs sapientie ⁊ intellect⁹. spiritus ꝯsilij ⁊ fortitudis. spūs sciētie ⁊ pietatis et replebit eum spiritus timoris dñi.

De triplici vita. s. actiua contemplatiua ⁊ mixta. Cap. ij.

Secūda ꝓfectio hui⁹ glorioſi sancti seu noui hois fuit in vita ꝓtēplatiua ꝓfectio seu delectatio. Unde subdit Jo. et in medio septē candelabroꝝ aureoꝝ similē filio hois. Ad hui⁹ intelligentiā aduertendū est q̄ triplex est status humane mentis. Prim⁹ est actiu⁹. scōs ꝓtemplatiu⁹: tertius vo mixtus. In ꝑmo siquidem efficit quis homo. In scōo efficit filius hois. In tertio vo fit similis filio hois.

Primo ei iure ꝙs dicit homo: cū creatorem ꝑ creaturas iugiter ꝓtemplat iuxta illō apli Rhoma. i. Invisibilia enī dei a creatura mūdi ꝑ ea que facta sunt intellecta ꝓspiciuntur. Sicut enī homo de limo terre ꝑm coꝛpus format⁹ est: sic ⁊ ꝑm aiam ex limo coꝛporaliū rerum in cognitionē surgere compꝛobatur. Et hic laborat in medio septem candelabroꝝ. i. in vita actiua. Scōo autem filius hois merito nuncupat: qui claro aspectu rerum spūaliū gloriā ꝓtemplat. Et de hⁱ apls. ij. Coꝛ. iij. ait. Nos autē reuelata facie gloriam dñi speculātes in eandē imaginem trāsformamur a claritate in claritatem tanq̄ a dñi spū. Perfectiōe enim vite actiue pōt homo christo assimilari: cum videlicet oia agat ad dei honorē ⁊ primi vtilitatē. Perfectione autē vite ꝓtemplatiue induit hō christum. cū iam non ꝓpter deū opari ꝓtendit ꝑ amoꝛosa ꝓtemplatiōe in deū q̄dāmodo trāsformat vt iam cuz apl̄o ad Gal. ij. dicat. Vivo ego iam non ego: viuit vo in me christus.

Tertio vo digne similis filio hois dici pt: qui actiue vite ꝓfectiōe ꝓtinue crescēs: ō die in diem magis ꝓficit ad sublimioꝝ ꝓfectionem vite ꝓtemplatiue. Per hoc enī q̄ clare cognoscit ordinē opum būanoꝝ: ptingit ad cognitionē opeꝝ diuinoꝝ. Et talis ē vita imita quam christus ⁊ apostoli vita ⁊ moꝛibus seruauerūt. Ad hanc q̄dem ꝓuenit beat⁹ pf noster franciscus vt merito ꝓpter hoc ⁊ demū expꝛessius ⁊ ad litterā ꝓpter stigmata eius sacra similis filio hois dici possit. Nō tñ modo fuit homo ꝑ actiuā vitam seu filius ꝑ ꝓtemplatiuā vitam: sed filio hois similis per vitam mixtam que ꝓficit ex vtraq; Poꝛro tanto quisq; in vita ꝓtemplatiua ꝓfectioꝛ est q̄nta cū laboꝛib⁹ ⁊ afflictionib⁹ charius in actiua vita firmius subsistere pōt. Et hec est ꝓfectio vite mixte: que ex vtraq; ꝓsurgit. Ad quam ascendit glorioſus franciscus sicut patet ex eius laudabili vita.

De vita iusta que perseuerat vsq; in finem. Capitulū. iij.

Tertia ꝓfectio noui hois seu beati t. in iusticia ꝓseueratio dicta est. Inuanū vo homo in ꝓcedentib⁹ laboꝛaret: si anteq; veniret ad finem ab eis turpit resiliret. Et de hac Johā. subdit. Vestitū podere. Poderis erat enim vestis sacerdotalis linea. coꝛpi astricta. ptingens vsq; ad pedes. Propt q̄ poderis dicta est. i. pedalis. Pos enī grece latie dicit pes. Unde camisia ⁊ subucula noiat. Et dicitur poderis quasi pedib⁹ herens. Scōm enī q̄sdam hec erat tunica hyacynctina ptingēs ad pedes. in cuius fimbriis erant tyntinabula aurea. Et de hoc videt ad litterā loqui illud Sap. xviij. cuz ait In veste poderis quā habebat totus erat oꝛbis terrarū ⁊ parētū magnalia in q̄ttuoꝛ ordinib⁹ lapidū erant sculpta. Dicunt aūt fuisse in veste poderis quia erant in rōnali ⁊ suphumerali. ipi poderi superposita. Per hāc quidē poderē designat iusticie pulchritudo in ꝓposito ꝓseuerandi vsq; in finem. Sic iusticie candoꝛ laboꝛiose adeptus vsq; in finem ab hoc glorioso sancto seruat⁹ est. Hoverat enī q̄ ⁊Mat. x. dñs ait. Qui aūt ꝓseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit. Merito q̄dem solū ꝓseuerātie ꝑmium glorie dñs imptit. Nam generalit omēs virtutes ⁊ theologice ⁊ moꝛales absq; ꝓseuerantia ꝯtra vitia pugnare non pñt absq; ꝓseuerātia vo vincere nequaq; pñt. Ipsa ē enī que in glorie ꝑmiū introducit. Ideo ait Greg⁹. j. li. moꝛal. Incassum bonum agit: si ante vite terminū deserit. quia frustra velociter currit: qui ꝑfectq; ad metas venit deficit Et iterū Berū. in quadā epla ait. Perseuerantia est vnica filia summi regis finisq; virtutū earūq; ꝯsūmatio totius boni repositoriū ⁊ virtus sine qua nemo videbit deū. Et iterū in epla. xij. ait idem. Absq; ꝓseuerātia nec qui pugnat victoriā nec palmā victoꝛ cō

De hoīe nouo et peregrino

sequitur. Nutrix est ad meritum mediatrix ad premiū. Sozor patie ꝓstantie filia amica pacis. amicitiarū modus. vnanimitatis vinculum. sanctitatis ꝓpugnaculū. Tolle pseuerantiā nec obsequiū mercedē habet. nec beneficiū grām: nec laudē fortitudo. Sola est cui eternitas reddit: vel potius que eternitati hoiem reddit dicēte dño. Qui pseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Hec ille.

De paternali t maternali ꝓximorum dilectione Cap. iiij

Quarta eius pfectio est mnalis dilectio que p̄cedentia ornat. Et de hac subdit Jo. Precinctū ad māmillas zona aurea. Duplex ē quidem primi dilectio. Prima est pnalis: scda est mnalis. De pnali autem Dañ. x. dicit. Et vidi t ecce vir vnus vestit⁹ linteis: t renes eius accincti auro obrizo. Pnitas enī in lūbis vel renibus denotat. Qui ergo paterne discretiōis charitatē habet: ꝺuenient zona aurea ad renes eius p̄cingit. Nō bñ conuenit veteri testamēto: timore humanas mētes ꝓstringenti Sed notant ait auro obrizo Dicit enī ab obradio as. hoc obrizum aut colozis optimi sic dictū: eo q; obradiet eo q; splendoze obradiet. Nō hebrei effau greci chyrū vocant: t ideo in obrizo pnalis dilectionis vigozosa exēplaritas denotat. Secunda dilectio dicit mnalis. Leuiozi atq; dulciozi dilectione mater diligit filiū suū q; pater. Ideo in nono testamēto nou⁹ homo non sup renes sed ad māmillas zona aurea cingitur. in quo ipsa mens hūana ad charitatem mne affectiōis erudit. hanc q̄dem h̄ sanctus adeptus est. Ideo cū ap̄lo ad Gal. iiij. filijs suis inq̄t. Filioli mei quos iterum pturio donec in vobis formet christus. Hutus aūt maternal⁹ dilectiōis due sunt māmille. Dextera est amoz amicoz. sinistra vo est amoz inimicoz: quib⁹ p arma iusticie. id est. iuste dilectiōis a dextris t a sinistris pugnaret vt obtineret dulcedinē hanc dilectiōis

Articulus. ij. de alijs quattuoz pfectionib⁹ hominis innouati in charitate.

Secūdo subdam⁹ alias q̄ttuoz pfectiones huius anime noue. Que applicari possint ad statum pficiētem seu ad glozioſum franciscū.

De scientia infusa per quam nouus homo diuinit⁹ illustrat.

Capitulum. j.

Prima quidem pfectio est matura et lumiosa cognitio. Et de hac Johan. ait. Caput autē eius t capilli erant candidi: tanq̄ lana alba t tanq̄ nix. Caput siquidem. i. mens. t capilli. id est. longe multe t subtiles cogitationes hois noui seu beati francisci lucida extiterūt eo q; celitus diuina sapientia illustrat⁹. clare intelligebat oīa que agebat. Sed notant ait tanq̄ lana alba. Lana enī alba leuis t mūda est. In albedine hui⁹ sancti cognitio clara: in leuitate māsuetudo humilima. in mūdicia puritas vera designat. Nix quoq; descēdit alba t frigida est. purgat sozdes. interficit vermes. atq; inutiles herbas. terramq; impinguat: vt in his mystice inuat. q; mens t cognitiones huius glozioſi sancti desup p infusionē illustrabant. ex quo in se t i alijs refrigerium carnaliū festuum afferebat. sozdes peccatozum abstergebat. sozdes malarū cogitationū occidebat. herbas inutiliū sermonū abcidebat. terrāq; carnis diuina dulcedine impinguebat. Unde merito dici potest illud qō Sap̄. viij. dicit. Optauit⁹ datus est mihi sensus. t inuocaui t venit in me spūs sapientie. t ꝓposui illam regnis t sedibus: t diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Et sequit. Quā sine fictione didici. et sine liuidia cōmunico t honestatē illi⁹ nō abscōdo

De duplici oculo anime innouate in patria. Capitulū. ij.

Secunda pfectio eius est prudens discretio que est practica luminis p̄cedentis. Et de hoc Joh. ait. Et oculi ei⁹ velut flāma ignis. Duo sunt oculi huius sancti vnus est in ꝓtemplatione speculatiu⁹: alter vo practicus. Unus ad deum alter ad ꝓximū. Ex quib⁹ generabat pspicax t zelatiu⁹ splendoz t feruoz actⁿ et intentiōes ꝓximoz t subditoz circūspectiones. t luminoso atq; amoroso iudicio liberans quēadmodū Eccēs. ij. dicit. Sapiētis oculi in capite eius. s. ad talia exercendū Vel duo oculi noui hois dici possunt dextra scz scientia agendoz: sinister vo sciētia sinēdoz. Hi vo velut flāme sunt cum simul t scientia clara sit dimissio p discretionē t ardēs p virtutis dilectionē. Sic ergo iste sctūs oīa que agebat discutiebat in ꝓsciētia sua: vt cūcta fm diuinā regulā fierent t ad ꝓximoz

vtilitatē dispēsarent. Exēplo apl̄i q̄.ij. Corinth̄. viij. de se ait. Prouidem⁹ enī bona nō solum coram deo: sed etiā coram hoīb⁹ oībus

De charitatis feruore t quomō differat a charitate. Ca. iij.

Tertia pfectio hui⁹ noui hois ē ardens affectio. s. vt laborare vel labor ois iusto viro leuis sit. Et de hac subdit dicēs Jo. Et pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardēti. Notandū q̄ notanter adūtendū est q̄ scientia q̄tūlibet clara sit. grauis est tñ t ponderosa ad bona opa: nisi hūane affectiōes pticipes sint dine dilectiōis. In huius figura Exo. xvij. dicit. Q̄ q̄tūlibet facies moysi splēdida esset: man⁹ tñ illius graues erant. Idcirco necesse ē nō solū oculos noui hois esse flāmeos: sed t pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti. Pedes enīz affectiōes sunt quib⁹ homo ptra terrena afficitur: sicut t terra pedib⁹ pculcat. Aurichalcum vō auro duri⁹ est: t coloris illius particeps est. Aurichalcū igit̄ in camino ardens est dilectio firma in tribulatiōe feruēs. Que tanto feruenti⁹ atq̄ fortius ardet etiā inimicos ās infestos patit̄ diligēdo: q̄tomagis p eos affligit̄ t vexat. Sic etiā dñs pcipit Mat. v. dicens. Diligite inimicos vros: bñfacite his q̄ oderunt vos t orate p pseq̄ntib⁹ t calumniātib⁹ vos. Qui ergo hoc duplici amore feruet. q̄. s. amicos diligit p̄m deū. t inimicos ppter deū. iure pedes ardenti aurichalco similes habet: qui non charitatē ipsam que in sola mente est. sed charitatis pticipationē in affectib⁹ sensualib⁹ habet. Charitas enī psistit in voluntate mentis: sed feruor charitatis redūdat affectionē cordis. Ex dictis colligi potest q̄ q̄ttuor hoīum genera diūsimode se habent ad charitatez. Primo sunt quidam qui nec charitatē nec affectionem charitatis habent: sicut sunt impij pecatores. Secūdo sunt q̄dam qui habent affectionē charitatis t non charitatē: sicut ptingit in eis qui cum sint iusti t in dina gr̄a t in charitate feruētes: decidūt in mortalē culpā ettamen amota tunc charitate que inuisibiliter ab aīa aufert̄ remanet charitatis feruor qui prius redūdabat in ipsas corpis affectiones. Tertio insup sunt q̄dam q̄ charitatez hñt absq̄ charitatis affectiōis feruore: sicut ptingit in puulis baptizatis. Quarto sunt alij qui charitatē in voluntate t feruorē charitatis in corpis affectiōes redundantē habent: Et hi sunt qui pedes hñt similes aurichalco sicut in camino ardēti. Inter ās maxime fuit iste glorioſus sanct⁹. Et de hac q̄druplici varietate charitatis exemplū patere potest in olla plena aqua: que primo longe facta ab igne nec calet nec feruet. Secōo stās sup ignem q̄n iam feruet: si ab igne subito amouet̄ non statim feruorē pdit. licet illum demū paulatim amittat. Tertio poni pōt in igne t non feruet statim. Quarto diu p̄seuerans in igne feruētissime feruet. Hō exemplum pdictis facile adaptat̄. Itaq̄ sctūs iste erat in hac quarta differentia.

De feruenti atq̄ secunda locutione noui hois. Cap. iij.

Quarta pfectio hui⁹ sancti feruēs locutio nūcupat̄. Et de hac subdit̄ in figura. Et vox illi⁹ tāq̄ vox aq̄rū multarū. Porro q̄tū in cor de maior est feruor dilectiōis: tanto min⁹ intra se capitur cū Mat. xij. dñs dicat. Bon⁹ hō de bono thesauro cordis sui pfert bona Bon⁹ quippe thesaur⁹ cordis ē amor dei et primi. Ex q̄ pfecto pferunt bona: q̄n omis locutio iusti viri p̄m dilectionē format̄. Et h̄ est q̄ iobes de h̄ scissimo viro inq̄t. Et vox illius tanq̄ vox aq̄rū multarū. Hñ aq̄ motum mentis hūane dilectiōis significat. Haz sicut spū mouent̄ aque: sic t impulsu spīrit⁹ sancti in mente suscitant̄ dilectiōes sancte. Vox ergo illius vt aq̄rū multarū est: cui⁹ locutio t doctrina amorosa dilectiōe plena est sicut fuit in h̄ sancto. Proinde Cant. ij. spōsus in hac voce delectat̄ ad sponsam dicens Sonet vox tua in auris⁹ meis. Vox enī tua dulcis: t facies tua decora. Hō in h̄ glorioso sancto verificat̄. Aliter etiaz dici pōt q̄ vox huius sancti tanq̄ vox aq̄rū multarū insonuit: q̄n eius doctrine celebris resonātia. et irrigatio fecūda. t nois lata fama: p multorum p̄ plor ora reboabat. Unde Jo. Apoc. xvij. ait. Aque multe populi multi.

Articulus. iij. de vltimis q̄ttuor pfectionib⁹ viri sancti

Tertio vltime q̄ttuor hui⁹ sancti viri pfectiōes subiūgēde sunt: que statui pfecto hui⁹ sancti viri p̄uenire possunt.

De exemplari vita hois recti et virtuosi. Cap. j.

Prima pfectio hui⁹ glorioſi sancti sctā exēplatio dicta est. Et de hac

De hoīe nouo et peregrino

Joh. subdit ⁊ in dextera sua stellas septem. Stelle septē septētuplex ē exēplū opis boni et rectitudis virtuose vite: q̄ ex septē virtutib⁹ p̄ncipaliorib⁹ ad edificationē p̄mozū demſak. Ille ḡ septē stellas i dextera sua habet: q̄ prudētie. iusticie. fortitudis ⁊ temperātie fidei. spei. ⁊ charitatī. ad p̄mox edificationē ⁊ illumiationē p̄ dei gloria non p̄ sua fama exemplū bonū in bonis opib⁹ monstrat. Nūcaīmodū precepit dōs Mat. v. dicens Sic luceat lux vr̄a coz̄ hoīb⁹ vt videant opera vestra bona ⁊ glorificēt p̄rem vestrū qui in celis ē. Et hoc ille sctūs plenissime impleuit. In sua ẋo sinistra has septem stellas habere p̄uincit: qui nō vere. nō recte nō sincere: sed sīlate ⁊ mēdacit sub hypocrisi pallio has virtutes se hr̄e oñdit. De talib⁹ ẋo ait dōs Mat. xxiij. oia eni opa sua faciunt: vt videant ab hoīb⁹: p̄tra illud Eccl. j. ne fueris hypocrita in p̄spectu hoium. Pozro de ḅ hoium genere Mat. vij. dōs ait. A fructib⁹ eox cognoscet eos. Un⁹ q̄dā fructuū ⁊ maxim⁹ est instabilitas: qz diu pseuerare nō p̄ūt. sicut Jac. j. 0z. Vir duplex aio inconstās erit in oīb⁹ vīs suis. Ec econtra pseuerātia hui⁹ sancti in veritatī via: manifeste testat dedisse virtutū exēpla p̄ gloria dei nō p̄ laude sui. Atq̄ verificatuz est in eo qō Baruch. iij. testat dicens. Stelle dederunt lumen suū in custodīs suis. i. virtutes eluxerūt p̄ opa sua bona virtuosa: que virtutes pseuerare faciunt ⁊ pseruant.

De viua ⁊ efficaci predicatione huius sancti viri. Cap. ij.

Ecūda p̄fectio hui⁹ sancti viua et efficax p̄dicatio est. Et de ḅ subditur ⁊ de ore ei⁹ gladi⁹ acutus ex vtraq̄ pte exibat. Gladi⁹ q̄dem est verbū dei seu doctrina penetrās in intima cordiū: iuxta illud ad Eph̄. vj. Et gladi⁹ spiritus qō est verbū dei. Hic gladi⁹ tūc q̄dem ex vtraq̄ pte acut⁹ est: cū sermo in silentio et locutiōe fuerit discrete examiat⁹: vt nec dicēda sileat. nec tacēda dicat. Et talis gladi⁹ de ore huius sancti p̄cedebat. q̄ oēm sermonē sic p̄meditādo exaiarat: vt nō solū districtus vel discret⁹ in silentio. verūetiā fructuosus esset in verbo. seruās illud Eccēs. iij. Tempus tacendi tempus loq̄ndi. Hoc siq̄dez fuit in illo signū summe p̄fectiōis sicut testat Jacl. iij. dicens. Qui non offendit in verbo hic p̄fectus est vir. Sunt plerīq̄ qui diuersi mode se habent ad verbum dei. Primo quidam gestant gladiū sermonis in manu. et semen qō est etiam verbum dei: vt dicitur Lu. viij. portant in ore. Et hi sunt qui vitaz habent ⁊ non doctrinā. Et de talib⁹ Hieronymus in p̄logo biblie. c. iiij. ait. Scīā quippe rusticitas solum sibi p̄dest. Et q̄tum ædificat ex vite merito eccliaz christi: tm̄ nocet si destruentib⁹ non resistat. Secūdo sunt q̄dam alij qui semē diuini verbi semiant ore: non manu. Non eni bene semen semiat ore tm̄. Et tales sunt qui doctrinā hūt non vitā. De quib⁹ Mat. xxiij. dōs ait. Dicunt enim et non faciunt. Tertio ẋo sunt quidā sed heu rari qui seminat manu. ⁊ gladiū gestāt in ore. Et hi sunt qui faciunt ⁊ docūt. Erō talibus dicit Mat. v. Qui fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabit in regno celoz. Et talis fuit hic gloriosus sanctus. H.

De diffusione fame hominis iam perfecti. Capitulum. iij.

Tertia p̄fectio hui⁹ sancti fuit fame diffusio. Unde subdit Joh. ⁊ facies eius sicut sol lucz i virtute sua Per faciem ẋo noticia hoīs designatur: cum p̄ eam p̄ncipalit hoīes se se cognoscant. Proinde sapia dei tantam dissimilitudinē ordinauit in facieb⁹: q̄ nulla oīno alteri similis in orbe terrarū repiri posset. tam i feminis q̄z in marib⁹: ⁊ hoc vt nos alterutz recognoscere valeam⁹. Facies igitur. i. noticia huius sancti sicut sol in virtute sua q̄ in meridie p̄tingere solet: quia fama sanctitatī eius illustrauit totum mūdum. Sicut Eccl. xlij. testatur dicens. Sol. id est. solaris noticia atq̄ fama huius sancti: illuminās p̄ omnia respexit. Sciebat eni q̄ Prouerb. xv. 0z Lux oculoz. id est p̄sentia sancti viri: letificat animā. s. intuentiū. Fama bona videlicz in absentia audita: impinguat ossa hoc est virtutes. Dicitur eni fama. q. famula a famulor famularis: eo q̄ famulat nobis: duz admodū famule discurrendo rumores de nobis portat per diuersas terras etiam nobis ignorantib⁹. Vel dicitur fama a fando. quagatur eni fando ad diuersas partes. Et est nomen bonarū vel malarū rerum. Sed absq̄ adiectiuo in bono sepe sumi solz. Hec est ergo que fundo famulata est huic glorioso sancto.

De fidelium deuota veneratione ad hunc hominē sanctum Capitulum. iiij.

Quarta pfectio eius fuit fideliū vt deuotoꝝ veneratio: que ex oībus p̄cedentib⁹ merito subsecuta est. Et de hoc subiūgit a iohanne. Et cum vidissem eū. s. tm̄ talem cecidi ad pedes eius tanq̄ mortuus. Johānes enī in q̄ est gr̄a dei interp̄tat̄ et sig̃t quoscūq̄ meritis illius sancti deuotiōis gr̄a visitatos. Ad pedes eius itaq̄ cadit: qui se longe inferiorem eius virtutib⁹ recognoscit. De hoc p̄oinde sanctus p̄pheta ait p̄s. lxxj. Coram illo p̄cident ethiopes. i. nigri p̄ctōres et penitentes et ex meritis eius coz̄ dño veniam postulā tes. et inimici eius terrā lingent non dicit comedent vel mordebūt sed lingent. Nam oīa tpalia et terrena vana et falsa et sup̄ficialia sūt nec est ibi q̄q̄ soliditat̄ q̄ morderi posset vel comedi. Q̄ autem lingit̄ hoiem nō bene satiat. sed potius desideriū et famē ei⁹ accendit: sic etiam bona tpalia nō satiant. ꝫ ad magis ac magis ad appetendū p̄uocant suos leccatores. Sequit̄ vero in p̄pheta p̄dicta. Et adorabūt eum oēs reges: et oēs gentes seruient ei. Et subdit̄ a Johāne. Tanq̄ mortuus. i. tanq̄ p̄uersi a p̄istina mūdi vita sic̄ p̄ Sophō. ij. c. dñs ait dicens. vos ethiopes interfecti eritis gladio meo. i. p̄ hūc sanctum. M. verbo meo p̄uersiois gr̄am p̄sequemini. Vel aliter dici potest q̄ mortuū se estimat et coz̄ eo humilit̄ cadit: q̄ opa sua in cōparatione virtutū et excellēcie hui⁹ sancti affectualit̄ spernit et vilipēdit. Admirāda itaq̄ fuit pfectio pegrini hui⁹ hois noui si p̄sideremus illius actionē et p̄templationē. pseuerationē. et maternalē dilectionē. Si examinemus eius illumiationē. discretionē. affectionem. atq̄ locutionē. Si etiam ponderemus eius exemplationē. predicationez. fame diffusionē. et illumiatoꝝ fideliū venerationem et testificationē. Ut possem⁹ merito dicere. Tu solus pegrinus eras dum fuisti in via: nuc̄ ꝺo p̄ciuis celestis regni fact⁹. possides p̄miū post laborem. s. in gloria sempiterna. id est. gloriosum dñm nostrū iesuz christum. Qui cum patre et spūsancto viuit et regnat et p̄miū est et gloria oīum sanctorum et beatoꝝ: In quo merita tua nos adiuuent glorificari et p̄miari per infinita seculoꝝ secula.

Feria. iij. post resurrectionez de stigmatibus beati francisci.

Sermo sexagesimus

